



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De S. Constantino Martyre In Babylonia Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A vum vicum redactum, nunc Villa Fori (1) ab incolis appellatur, ubi mapalia pastores agunt, haud ita procul ab Alexandria Europae, oriundus fuit.

LECTIO SECUNDA. Orbatus itaque utroque parente, cum placuit Altissimo, postquam vidit Baudolinus humana haec omnia quae ab his, qui ea suspiciunt, prima ducuntur, nullis suis subnixis viribus, fluere et labi, statuit animum ab eorum cupidine prohibere et his maxime rebus intendere quae, cum firmatae sint et perpetuae, securitatem vitae atque animi tranquillitatem pariunt, suosque cultores caelo inferunt.

LECTIO TERTIA. Ceterum, quo vacuo magis animo rem ipsam perageret, suisque studiis obsequi posset, distractis quaecumque ex patris haereditate possederat, quicquid inde pecuniae conflatum est, id totum levandae pauperum inopiae et miserorum deprecandis incommodis erogavit.

B LECTIO QUARTA. Exutus igitur rebus omnibus aequae ac eorum cupidine, solitarium locum petiit iuxta templum Deiparae Virginis quod Fori erat, antiqua religione sed populo infrequens. Ubi die noctaque ieiuniis et orationibus incumbens, adeo celebre nomen adeptus est sanctitatis ut multi mortales ad eum confluerent, alii alia petentes.

LECTIO QUINTA. Miraculis plurimis claruit: quibus effectum est ut duo episcopi, Derthonensis

(1) Forum unum est ex oppidis quorum incolae post exstructam Alexandriam eo confluxere. Cf. Comm. praev. num. 1. — (2) Vulgo Bormida, —

scilicet et Aquensis, apud quos ipse invidia quorundam religiosorum falso delatus fuerat, in suorum episcopatum socium et collegam eum adoptarent, licet renuentem.

LECTIO SEXTA. Tandem praescius mortis suae, in Domino feliciter requievit quarto idus novembris, regnante Luitprando Longobardorum rege. Cuius corpus e Foro in Alexandriam iussu Alexandri tertii, pontificis maximi, qui titulum ac nomen ei civitati dedit, translatum, in templo sub nomine ipsius constituto usque in hodiernum diem conditur.

EVANG. Homo quidam peregre proficiscens etc. cum sua Homilia.

<Ad Laudes.>

ANTIPHONA AD BENEDICTUS. Dum Derthonam pergat vir Dei, tunicam aquis instratam cum nuncio episcopi conscendens, in nomine Domini amnem Burmidam (2), tunc vado insuperabilem, ac si nave vectus esset, incolomis pertransivit. E

In secundis Vesperis.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT. Ad iussa Baudolini veniunt anseres ac dicto audiunt (3), cerva potum plenis praebet ab uberibus. Magnificemus ergo Dominum, qui potens est, et in sancto suo Baudolino operatus est magnalia.

(3) Hinc moris est pictorum S. Baudolinum medios inter anseres hinc inde fugientes effingere.

DE S. CONSTANTINO

MARTYRE IN BABYLONIA

AN. 853

P. P.

C

F

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Passio Constantini Hiberi
nec stilo orationis

1. Ambiguum sui legentibus opinionem facit Passio hiberica S. Constantini principis, qui paulo post dimidiatum saeculum IX ab Arabibus occisus fuisse perhibetur. Quae de sancti martyris vita et obitu in hoc libello relata sunt, nemini dubitationem inicerent, qui eadem alicubi breviter memorata reperisset. Verum in proluxa et circumfluente illa oratione multa desunt quae scriptor ab ipsis rebus probatisve documentis non nimum remotus omittere non poterat. Quin immo non pauca admixta sunt quae patenter historiae refragantur. Itaque ab ipso ingressu disquisitionis, obvia coniectura se intrudit: de S. Constantini martyrio certum quoddam documentum olim exstiterit, quod sequiori aetate hagiographus aliquis loquacior quam mendacior inani facundia diluerit, ut e ieiuno elogio longulam narrationem coqueret. Sed non ita perspicuum est quae rerum summa ar-

gumentum illud constiterit. Ut igitur haec investigatio quoquo modo nobis succedat, ante omnia cernendum est quantum Passionis dicta per se ipsa valeant; ne fallaci eius auctoritate cetera testimonia obscurantur, quae huic certissime praestant. Illa seclusa, deinde videbimus quid de S. Constantino ex historicis monumentis probabiliter colligi possit. Tandem quaestiunculae aliquot residuae de eius cultu et memoria breviter expedientur.

§ I. De Passione S. Constantini.

2. Typis vulgata est Passio S. Constantini a Michaeli Sabinin in opere utilissimo quidem sed mire inaccurato quod inscripsit Paradisum Hiberiae (1). De codice quo usus est, pios lectores nihil sollicitos esse existimavit. Sed nisi editor

nec codicum fide

(1) საქართველოს სამეფო (Petropoli, 1882), p. 363-70.

ipse

AUCTORE P. P. ipse negligentiae modum omnem excessit, hoc apographum recens et mediocre fuerit necesse est. Praeter hoc exemplum, quo, cum alia omnia deessent, contenti esse debuimus, alii codices ab eruditissimis passim afferuntur, ut sunt:

A) Codices duo musei Asiatici Petropolitani, e quibus F. M. Brosset S. Constantini mentionem deprompsit, quam ad suam Historiam Hiberiae annotavit (1); iidem, ut videtur, de quibus in brevi quodam indice chirographorum et librorum hibericorum summam exposuit (2). Horum alter quattuordecim, alter vero, hieraticis litteris magnifice descriptus, undecim Vitas continet sanctorum gentis Hibericae;

B) Patericon, seu Vitae Patrum coenobii Sancti Sio Mgvimeli, cuius breve quoddam specimen protulit Demetrius Bakradze (3);

C) Codex musei Archaeologiae ecclesasticae Tiphliensis, N° 130, chartaceus, anno 1713 descriptus, foliis constans 3 + 313, quae tota complent Vitae sanctorum ecclesiae Hibericae (4);

B D) Eiusdem musei codex 170, chartaceus, 251 foliis constans, 0^m.29 × 0,21, anno 1733 perscriptus, paginis bipertitis et scriptura hieratica. Legendum nihil aliud exhibet nisi 24 Vitas Sanctorum ecclesiae Hibericae, et inter has, quinto loco, fol. 44-51^r, Passionem S. Constantini martyris (5);

E) Eiusdem musei codex 176, chartaceus, 231 folia complectens, 0^m.532 × 0, 21, variis manibus inter annum 1734 et 1743 exaratus. Hunc etiam totum complent Vitae sanctorum ecclesiae Hibericae, sed alia serie alioque ordine atque in duobus superioribus (6);

F) Codex olim Davidis Tchoubinof (Čubinov), anno 1838, equestribus litteris a regio principe Theimouraz, ut videtur, descriptus. Complectitur Vitae sanctorum Hiberorum 20, quae nec delecti nec ordine cum ullo e supra memoratis codicibus congruunt (7).

satis commendatur. Praeter hoc postremum exemplum, quod hodie pertinet ad bibliothecam Sodalitatis ad propagandas litteras inter Hiberos (8), admodum probabile est alia non pauca in amplissimo illo museo asservari. Mitto codices ignoratos, quorum dispersa

C multitudo in Transcaesiae monasteriis et bibliothecis delitescit; qui nobis sunt quasi numquam existissent. Verum inter istos omnes nullum videtur Passionis apographum reperiri posse quod supradictis multo sit vetustius; aut sicubi custoditur, diligentiam eruditorum fugit, qui patriae suae antiquitates optime perspectas habent. In bibliothecis certe quae nobis minus ignotae sunt, in monasterio montis Sinai, in coenobio Sanctae Crucis Hierosolymitano, in laura Hiberorum Athonensi, nobilissimis illis litterarum Hibericarum

incunabulis, Constantini Passionem numquam D descriptam aut lectam fuisse propemodum evidenter constat. Quidquid igitur e latebris nondum exploratis etiamnum sperari potest, hactenus illa nusquam reperta fuit extra codices recentis profecto generis, in quibus Vitae sanctorum indigenarum Hibericae gentis separatim collectae sunt: quod sane gravi suspitione non caret. De hoc tamen praeiudicio arcendo sollicitus non fuit v. d. Cornelius Kekelidze, qui Constantini Passionem inter prisca monumenta Hibericae hagiographiae obiter memoravit (9). Ipse Johannes Čavachišvili (Čavachov), cum illam dedita opera ad obrusam exigeret (10), vulgata editione videtur fuisse contentus. Sit et nobis venia, qui eidem inopiae cessimus inviti. Quantulacumque enim spes affulgebat, nihil intentatum reliquimus ut subsidia nancisceremur recudendae huic Passionis maxime necessaria. Vicit ferreae, quam vivimus, aetatis lex inexorabilis. Itaque legentium indulgentiae editionem committimus, ad quam nunquam aggrediendam coactos fuisse nos piget (11).

3. Sancto martyri hagiographus eius modi texuit D historiam. Constantinus potentissimus princeps fuit « Superioris », i. e. « borealis », regionis, quae dicitur ზემო ქართლი vel ზენა ქართლი, nobilitate generis, opulentia et omni virtutum laude clarissimus. Patrio vocabulo eum ვახა appellabant. Hoc cognomen, etsi non legitur in Passione qualis nunc prostat, adeo tamen evidenter in ea rescribendum est, ut hoc loco praetermitti non possit (12). Incluti viri fama latissime increbuit. Ipsa sancta Theodora Graecorum imperatrix eum singulari benevolentia prosequabatur (§ 3; cf. § 13-16). Incerto tempore, sed profecto aliquot annis ante mortem, Constantinus Hierosolyma se contulit precandi causa, ibique, effusissima cum liberalitate, ecclesias pauperesque Sanctae Civitatis et Iordanis monasteria muneribus cumulavit. Postquam autem domum redux fuit, magnam vim pecuniae quotannis Hierosolyma transmittere nunquam neglexit (§ 4). Annum agebat LXXXV, cum in Hiberia moslemorum furor adversus christianos exarsit. Sanctus, utpote gentis suae princeps consilii et antesignanus, prae ceteris comprehensus fuit, et Tiphlisium, ad Arabum ducem Bugham, raptatus; qui, postquam fortissimum senem minis et contumeliis frustra tentavit, eum in vincula coniecit (§ 5-6). E carcere suo, martyr ad monachos urbis litteras dedit eosque rogavit ut in itinere cui se iam commissurus erat, precibus suis eum iuarent (§ 7). Paucis post diebus, Bugha eum vinculis onustum transmisit ad Arabum chalipham, Ča'far Abrahæ (13) filium, qui tum erat Samarrae in urbe Babyloniae. Is cum captivi constan-

Narrationis summa

(1) Histoire de la Géorgie, t. I (Saint-Petersbourg, 1849), p. 268, annot. 2. — (2) Recueil des Actes de l'Académie Impériale des sciences de Saint-Petersbourg (1838), p. 142-44. — (3) იბერიის საქართველო [= Historia Hibericae, Tiphlisii, 1889], p. 218. — (4) Th. ŽORDANIA, Описание рукописей Тифлисского Церковного Музея, t. I (Tiphlisii, 1903), p. 139. — (5) Ibid., p. 178-80. — (6) Ibid., p. 185-86. Ad alterutrum ex istis codicibus referenda est mentio quam idem Zordania inseruit in suum florilegium historicum, ქრისტიანული და სხვა მასალა საქართველოს ისტორიისა [= Chronica aliaque supellex historiae Hibericae], t. I (Tiphlisii, 1892), p. 82. — (7) A. A. TSAGARELI, Свѣдѣнія о памятни-

кахъ грузинской письменности, t. I, 3 (Petropoli, 1894), p. 104. — (8) TSAGARELI, t. c., p. XIV. — (9) ქართული ლიტერატურის ისტორია [= Litterarum hibericarum historia], t. I: litterae antiquiores (Tiphlisii, 1923), p. 367. — (10) ისტორიის მისანი, წყაროები და შეთავაზებები წინაა და ახლა. წ. I: ძველი ქართული ლიტერატურა მწერლობა (V-XVIII ს. ს.) [= Historiae propositum, fontes et rationes pristinae et recentiores, Lib. I: Hibericae historiae monumenta antiquiora (saec. V-XVIII), ed. 2, Tiphlisii, 1921], p. 52-58. — (11) Typothetarum errata plerumque tacite correximus. — (12) Vide infra, num. 20, p. 552. — (13) Falsum hoc nomen, uti suo loco notabitur, Passio § 8, p. 558, annot. 4.

-tiam

A *tiam nullo pacto labefactare potuisset, in artam custodiam eum retrusit (§ 8). Dum sanctus in carcere detinetur, duo phylarchae armenii, qui eiurata religione christiana, ad moslemorum superstitionem transierant, a chalipha ad eum missi sunt, qui eum blanditiis promissisque iterum sollicitarent (§ 9-10). A sancto contumeliose repulsi, ad chalipham re infecta redierunt. Qui cum eorum fidem suspectam haberet, illis continuo mandavit, ut martyrem ipsi gladio ferirent. Sed nequicquam totis conixi viribus, eum nihil laedere potuerunt. Itaque a barbaro spiculatore sancti caput praecisum est et ad chalipham allatum. Truncatum Constantini corpus in altum stipitem sublatum est, et, inspectante universo populo — fideliumve an moslemorum, hagiographus notandum non curavit — miraculum contigit, quod non iam legitur in Passione qualis nunc sive librariorum, sive editoris vitio nobis exhibita est (§ 11). In eius funere, sancta Theodora imperatrix cum filio suo Michaele ad martyris filios et propinquos litteras consolatorias dedit, quarum exemplum integrum ad Passionem instar coronidis adiunctum est (§ 13-16).*

cum
temporum
ratione

B 4. Tempus quo haec gesta sunt, bis in Passione notatum est. Primum (§ 11) : spiculatore sancto caput praecidit in paraseve, die decimo novembris, regnante Paneratio europalata (1). Et iterum (§ 12) : Obiit (sanctus) in confessione bona, die novembris decimo, in sollemnitae sancti Georgii (2), cui consociatus fuit, in die Paraseve, anno a creatione mundi sexies millesimo quater (3) centesimo quinquagesimo septimo, qui ex Ismaelitarum ratione annus est ducentesimus

vicesimus septimus. Numeri annorum interpretationem postulant, quam alii aliter tentarunt viri docti. Sed in ista controversia immorari non vacat, cum res aliunde sit perspicua. Bugha, a quo sanctus in vincula coniectus dicitur, in Hiberiam irrupit anno 853, et paucis post mensibus in Albaniam perrexit, ut suo loco demonstrabitur (4). Hoc autem anno, dies 10 novembris reapse incidit in paraseven, quod non rursus occurrit ante annum 859. Sed posterior annus toto narrationis tenore excluditur, in qua videmus S. Constantinum, satis brevi tempore postquam comprehensus est, Samarram abductum ibique capitis damnatum fuisse. Praeterea inde circiter a triennio ante annum 859, Theodora imperatrix iam ab aula recesserat et filii sui Michaelis libidini regni habenas permiserat (5). Itaque ab hagiographo significari non potuit nisi annus 853. Et re quidem vera, si annus a creato mundo 6457, qui in Passione inscriptus est, annis 96 retro movetur, qui in Hiberorum computatione superaddi solent, numerus residuus 6361 reapse congruit cum anno 853 (6). Itaque annus qui ex Arabum ratione adiectus est, indubitanter corrigi potest, et pro numero 227, legendus est 239. Quae omnia satis liquido constarent, si narrationis ipsius substantia in rerum veritate niteretur. Sed numquid huic fides debetur et quanta? Ut id perspicatur, horum temporum historia paulo explicatius repetenda est.

5. Age vero intricata rerum series, quam mullo maiori quam alias solent consensione referunt auctores armenii (7), hiberi (8), arabes (9), et syri (10), sic paucis adumbrari potest (11). Anno moslemorum 237, mense ramađan, i. e. inter

AUCTORE
P. P.

satis
congruit;

E

sed rerum
armenia-
rum

(1) Filius is fuit Asotii (Ašot) europalatae, Adranutzii (Artanug) principis, cui occiso successit an. 826. Obiit an. 876. Vide J. MARQUART, *Ost-europäische und ostasiatische Streifzüge* (Leipzig, 1903), pp. 408, 435. — (2) Vide infra, num. 26. — (3) Ed. . ter; sed cf. BROSET, *Hist. de la Géorgie*, t. c., p. 268, annot. 2; BAKRADZE, *Historia Hiberiae*, p. 218; ZORDANIA, *Chronica*, p. 82. — (4) Infra, num. 19, 21, p. 531-52. — (5) H. GELZER, *Abriss der byzantinischen Kaisergeschichte*, in K. KRUMBACHER, *Geschichte der byzantinischen Literatur*, ed. 2 (München, 1897), p. 971. — (6) BROSET, *Histoire de la Géorgie*, l. c. — (7) THOMAS ARDRUNUS, *Histoire des Ardzrouni*, lib. II, c. 7 - lib. III, c. 15, interprete M. BROSET, *Collection d'historiens arméniens*, t. I (Saint-Petersbourg, 1874), p. 104-168; ŠAPUH BAGRATUNI, *Պատմութիւն Շապուհի Բագրատունւոյ*, ed. G. TER-MKRTČIAN et MESROP episcopus (Ečmiadsin, 121); vide infra ad num. 16, p. 548, annot. 18; IOHANNES CATHOLICUS, *Պատմութիւն Հայոց* [= *Historia Armeniae*], ed. I. B. EMIN (Mosquae, 1853), p. 66-75; gallice, J. SAINT-MARTIN, *Histoire d'Arménie par le patriarche Jean VI* (Paris, 1841), ch. XIII-XVII, p. 103-122; STEPHANUS TARONENSIS, qui et ASOLIK, *Տիեզերական պատմութիւն* [= *Historia universalis*], lib. II, c. 2, ed. C. ŠAHNAZARIANTZ (Parisii, 1859), p. 106-113; cf. H. GELZER et AUG. BURCKHARDT, *Des Stephanos von Taron armenische Geschichte* (Lipsiae, 1907), p. 77-79; MOISES CALANCATOVIVS, *Պատմութիւն Աղուանիք աշխարհի* [= *Historia terrae Albanorum*], lib. III, c. 21-22; ed. I. B. EMIN (Mosquae, 1860), p. 265-71; rossica lingua CONST. PATKANIAN, *Исторія Агванъ Моисея Католикоса* (Petropoli, 1861), p. 272-79; SAMUEL Sunitis episcopus, *Պատմութիւն սանն Միտակա* [= *Historiae domus Sunitis*], cap. 37, ed. I. B. EMIN (Mosquae, 1861), p. 134-46; gallice M. BROSET, *Histoire de la Siounie par Stéphanos Orbélian* (St.-Petersbourg, 1863), p. 102-105. Horum testi-

monia exscripserunt Samuel Aniensis, Mechithar ab Atrivanq, Cyriacus Gandzacenus, Vardan Magnus alique recentiores. — (8) ԴՅԾԾԵՆԵՆ ԳԵՅԵՂԵՆԻԱ [= *Historia Hiberiae*], ed. Z. DŠINDŽI-NADZE, t. I (Tiphisii, 1897), p. 273-77; ed. E. TAQAŠVILI, ex codice Mariae reginae (ibid., 1906), p. 220-22; gallice, BROSET, *Histoire de la Géorgie*, t. I, p. 265-68. *Համառոտ պատմութիւն Վրաց քննարկով Գուանչերի պատմիչի* [= *Brevis historia Hiberiae Guanzēr historico ascripta*], cap. 18 (Venetiis, 1884), p. 104-105; gallice apud BROSET, op. c., t. IV. Additions et éclaircissements (St.-Petersbourg, 1851), p. 51-52. — (9) IBN WÄDHII, qui dicitur al-Ja'qūbi, *historiae*, ed. M. Th. HOUTSMA, t. II (Lugduni Batavorum, 1883), p. 597-99; germanice carptim apud MARQUART, *Streifzüge*, p. 461-62; armenice item, apud B. CHALATHIANTZ, *Մարաղի մատենագրիչ Հայաստանի մասին* [= *Scriptorum arabicorum (testimonia) de Armenia*], in *Handes Amsorya*, t. XXI (1907), p. 276-77; Ahmad al-Bağdādi, as-šahir bil-Balādhori, *كتاب فوج البلدان* [= *Liber de expugnatis regionibus*, Cahirae in Aegypto, 1900], p. 218-19; armenice, CHALATHIANTZ, op. c., *Handes*, t. XVIII (1904), p. 55-56; TABARI, *Annales*, ser. 3, t. III, ed. V. ROSEN et M. J. DE GOEJE (Lugduni Batavorum, 1883-1884), pp. 1408-1409, 1414-19; armenice, CHALATHIANTZ, *Handes*, t. XX (1906), p. 276-77. Neglegi hoc loco possunt ibn al-Athir, qui Tabari Annales exscripsit, ibn-Chaldūn, ibn-Māškaveh, alii, qui memorias peregrinas et arcesitas conscribillarunt. — (10) GREGORII BARHEBRAEI *Chronicon syriacum* [ed. BEDJAN, Parisiis, 1890], p. 155-56. — (11) Fontes optime iam eliquarunt DULAURIER, *Chronologie arménienne* (Paris, 1859), p. 255-59; MARQUART, *Streifzüge*, pp. 410-14, 461-63, 508; M. GHAZARIAN, *Armenien unter der arabischen Herrschaft bis zur Entstehung des Bagratidenreichs*, in *Zeitschrift für armenische Philologie*, t. II (1903), p. 189-193. Documenta europaeis linguis exposita per-

F

diem

AUCTORE diem 27 februarii et 28 martii anni 852, gravis
P. P. seditio in Armenia contra Arabum praesidia coor-
ta est, quod chaliphae legatus Ioseph Mohammadis
filius armenium principem Pancratium (Bagarat)
Asotii (Ašot) filium, dolo malo in vincula con-
iectum, Babylonem relegaverat, atque sacrilegis
latrocinii incolarum animos exulceraverat. In
quo tumultu ipse Ioseph captus et interfectus est.
Itaque ad coercendam rebellionem, chalipha Abū
Ga'jar al-Mutavakkil, alium legatum misit,
Turcum genere, qui vocabatur Bugha (Buğa,
«Taurus»), cognomine Magnus vel Senior (1).
Is efferata saevitia terrorem in Armenia late spar-
sit, regionem ferro, incendiis, caedibus vastavit,
neque paucos viros nobiles partim trucidavit,
partim captivos in Babyloniam transmisit. Anno
insequenti, rebus in provincia compositis, in Cau-
casiam perrexit, ut bellum inferret toparchae
Tiphlisensi, Isaac Ismaelis filio. Huius pater,
Hyrcaniae regioni ab Aarone ar-Rašid praepo-
situs, proprii sibi iuris dicionem suam facere frus-
tra conatus erat. Isaac, paternae legationis heres
et ambitionis, illius concilia percutit; res suas
dolo armisque auxilium (2), donec a chaliphae imperio
aperte defecit et Tiphlisi tyrannide politus est.
Cum Bugha copias coniunxerat Pancratius euro-
palates, Asotii filius, Adranutzii regulus, qui cum
regni sui detrimento Isaac amirae aviditatem ex-
pertus erat, et contra propiorem hostem praesi-
dium in remotiore quaerere voluerat (3). In
Arabum exercitu aderat etiam Symbatius Pan-
cratides, cognomento Abū 'l-'Abbās, Armeniae
dux supremus, Pancratii europalatae socer (4),
qui lamem fronte magis quam animo patriae suae
oppressoribus operam navabat (5), et paulo post
a Bugha Samarram abreptus est, ubi in carcere
aerumnis confectus interiit, et ab Armeniis in
martyrum numero habetur (6). Contra amirae
Tiphlisensis partes amplexi erant Abasgi, quorum
rex Theodosius ipsius Pancratii sororem duxe-
rat (7), et aliae duae gentes christianae, Gardabi-
ani et Sanari. Horum primi provinciam Utigorum
incolebant, ubi sita erat Gardman, arx eorum praeci-
pua (8), isti autem in Cachethia, inter Caucasi-
radices et Cyrum fluvium (9). Utrum Gardabani
et Sanari sponte sua, tuendae propriae libertatis

causa, Bughae copiis iter praeccludere voluerint, D
ut innuit armenius scriptor Thomas Ardsrunius,
an contra, sicut ferunt annales Hiberiae, cum Isa-
ac foedus iunxerint, cum quo iam superiore bello
parem fortunam subierant (10), e documentis
parum liquet neque hoc loco nobis est scitu neces-
sarium. Ad enucleandam S. Constantini histo-
riam unum notari oportebat: bellum quo flagrante
in manus Saracenorum incidit, nullo pacto reli-
gionis causa susceptum fuisse, cum inter se dimi-
carent duo exercitus moslemici et uterque gentes
principesque christianos auxiliares haberet. Quin
immo inter socios mohammadani praedatoris
a quo sanctus comprehensus fuit, arma ferebat
idem ipse Pancratius europalates, qui tum erat
unicus princeps Hibericae gentis.

6. Neque huius loci est singillatim excutere quae
de isto bello in libris praesertim Arabum Armeni-
orumque satis explicite narrata sunt. Haec rerum
momenta ad praesentem questionem aliquo
modo pertinent. Bugha Tiphisium repentino im-
petu expugnavit, Isaac amiram captum inter-
fecit, urbem naphla conspersam incendio funditus
delevit (11) cum ingenti civium multitudine (12).
Dein cum Theodosium Abasorum regem ad ul-
ciscendam cladem eius socii cum exercitu ingruere
cognovisset, Bugha Arabem Zirak (13), legatum
suum, cum Pancratio europalata contra eum mi-
sit. Qui Abasgos in jugam egerunt, sed dum vic-
tores redeunt, in faucibus itineris a Gardabani
non levi cladem passi sunt (14). Ipse Bugha ad-
versus Sanaros contendit, per quorum montes
viam sibi perrumpere non potuit, et ab irrito
conatu desistens in Albaniam divertit, ubi per
hiemem huius anni stativa habuit. Dein bellum
aliquamdiu varia cum fortuna administravit, do-
nec anno 855, sive expleto munere, sive, ut quidam
putaverunt, sinistris rumoribus apud chalipham
in suspicionem adductus, exercitum alteri tradi-
dit et Samarram revocatus fuit. Haec fere est,
e communi historicorum sententia, rerum gesta-
rum series in quam incidit martyrium S. Constan-
tini. Ordo lamen temporum distinctius determinari
poterat ex inscriptione quae paulo inferius pro-
ferenda est (15). Sed ex modo dictis iam patet quan-
tula fides Passionis debeat.

diligenti cum arte composuit J. LAURENT, *L'Ar-
mérie entre Byzance et l'Islam depuis la conquête
arabe* (Paris, 1919), pp. 108-110, 117-27, 320-21;
*Un féodal arménien au IX^e siècle: Gourquen
Arzrouni fils d'Abou Beldj*, in *Revue des études
arméniennes*, t. III (1922), p. 162-78. Qui tamen
in ambiguis quaestionibus ex aliena interpreta-
tione nimis pendet, et testimonia praecipua non-
numquam obsoletis quisquillis obruit. — (1) Vide
infra, num. 12, p. 546. — (2) De origine huius
Isaac, vide MAS'UDI, *مروج الذهب و معادن الجواهر*
[= *Prata aurea et gemmarum fodinae*], t. I (Cahirae
in Aegypto, 1885-1886), p. 88-89. Praecipua tes-
timonia quae ad eum pertinent, perspicue colle-
git LAURENT, *L'Armérie depuis la conquête arabe*,
p. 320-21. Cf. praeterea *Vita S. Gregorii Chandz-
thani*, § 68, *Anal. Boll.*, t. XXXVI-XXXVII,
p. 290-91. — (3) *Historia Hiberiae*, loc. c. —
(4) MARQUART, *Streifzüge*, pp. 464, 435. —
(5) Fertur cum Vararane (*Guaram*) *mamphali*
fratre Pancratii europalatae Montanos (*Mthiul-
tha*) clandestino nuntio monuisse ne Zirak in
regionem suam admitterent. *Annales Hiberiae*,
ed. DŠIDŠINADZE, p. 275; BROSET, *Hist. de la
Géorgie*, p. 266-67. — (6) Vide infra, num. 22,

p. 552. — (7) MARQUART, *Streifzüge*, p. 435. —
(8) HÜBSCHMANN, *Die altarmenischen Ortsna-
men* (Strassburg, 1904), p. 352. — (9) Vide
MARQUART, pp. 37-40, 409 et seq., qui a Ca-
chis, sive Cachethiae incolis Sevortios non dis-
tinguendos putat. Aliter et melius LAURENT,
Armérie, p. 14, annot. 6. — (10) MARQUART,
Streifzüge, p. 411. — (11) THOMAS ARDSRUNIUS,
Tabari auctores arabes referunt totam
urbem e materie abiegna exstructam fuisse;
vide infra, num. 19. — (12) De hac clade legen-
dus in primis THOMAS ARDSRUNIUS, lib. III, c. 9,
BROSSET, *Historiens arméniens*, p. 140-42. His-
torici arabes pariter narrant urbem cum magno
incolarum numero flammis deletam fuisse. As-
severat quidem Tabari homines non minus
50.000 in urbis incendio periisse. *Annales*, t. c.,
p. 1415. — (13) I. e. pahlavice: *Sapiens*. Istum
Zirak Barhebraeus cum Isaac amira commuta-
vit. *Chronicon*, t. c., p. 156. — (14) THOMAS ARDS-
RUNIUS, lib. III, c. 10, BROSET, t. c., p. 143-44;
cuius narrationem dilucide exposuit MARQUART,
Streifzüge, p. 412-14; cf. GHAZARIAN, *Armenien
unter der arabischen Herrschaft*, loc. c., p. 192. —
(15) Infra, num. 19, p. 551.

ab hagiographo prorsus eversa.

7. Nempe luculenter constat S. Constantini iudicium non contigisse eo modo quem ex pervagatis exemplis sibi finxit hagiographus. Neque enim in brevi et quasi fulmineo aestu belli solus ille crimine religionis accusatus fuit, neque Tiphisium deductus, ubi Bugha numquam potestatis suae sedem habuit (1) et unde vel sola pestilentia fugatus esset, si, post recens incendium, in hoc favillarum et cadaverum acervo, urente canicula (2), consistere voluisset. Neque causa unius hominis facunde orata est in civitate cuius princeps et maxima pars incolarum tumultuaria internecone modo interempti fuerant; neque sanctus martyr e custodia sua litteras dare potuit ad monasteria, quae profecto nulla iam erant post urbis excidium. Mitto alia non minus absurda. Talia qui contra omnem veri similitudinem excogitavit reliquae etiam narrationis suae ipse fidem evertit. Itaque ex solo Passionis testimonio colligi non potest num reapse S. Constantinus a Bugha Samarram remissus sit ibique ab ipso chalipha capitis damnatus.

Graecis Constantini hostis potius quam amicus

8. Neque ex eadem Passione clarius perspicitur quibus meritis S. Constantinus Graecorum imperatorum amicitiam et gratiam adipisci poterit. Numquid isti sua causa occubuisse censuerunt hominem qui captus fuerat inter hostes Pancratii caesopalatae clientis eorum? Immo qui ad dicionem pertinebat principis qui per multum tempus cum Graeco imperio bellum gesserat? Et re quidem vera, non semel superioribus annis Theophilus imperator, sive ut Abasgis auxilium ferret (3), sive potius ut in Colchide res suas a Tiphisensi tyranno labefactatas restitueret, exercitus contra Isaac Ismaelis filium miserat (4). Ipsa Theodora imperatrix anno 842 in superiorem Hiberiam, bellum adversus amiram intulit, qui iisdem sociis fretus Cachis, Sanaris alisque, graecae copias fugavit (5). Profecto in diurna illa dimicatione, Constantinus, si merito dicitur fuisse gentis suae princeps fortissimus unus, nihil agere potuit quo sibi laudem favoremque Byzantii conciliaret.

Theodora imperatrix epistula

9. Itaque plane certum et evidens est non ad eius familiares datas fuisse a sancta Theodora litteras quarum supra meminimus. Has tamen non ipse finxit hagiographus. Quamvis enim translatiis communibusque formulis maximam partem haec epistula constet et praeterea ab interprete primum, dein a librariis male habita sit, nemo tamen eam attente legens in ea non agnoscat imperatoriam maiestatem et grandiloquam aulae byzantinae facundiam. Et deuncti et superstitem et ipsorum imperatorum laudes inutili quidem sed arguto et vere graeco verborum strepitu celebrantur. Quin adeo orationis inconcinnitas quaedam,

qua modo unus modo plures scribere videntur, idoneam causam habet si litterae a sancta Theodora cum suo tum filii sui nomine datae intelleguntur. Ne multa: hagiographus bullam auream expilavit, quae reapse ab imperatore byzantino missa fuit et quidem ad homines sibi coniunctos et caros, de Graecorum regno praeclare meritos, qui propinquum aut affinem illustri funere nuper adeptum lugerent. Ad quos ergo? Coniecturis nec multis nec peregre accessitis hic opus est. Nempe anno 848, non longo tempore ante S. Constantini obitum, in eadem urbe Samarra, in qua passus esse dicitur, ab eodem chalipha Ğaġar al-Mutavakkil gladio caesi sunt graeci martyres quadraginta duo, qui anno 838, expugnato Amorio Phrygiae oppido, ab Arabibus capti fuerant (6). Inter hos virtute et constantia excelluit unus e summis Amoriensis praesidii ducibus, qui in omnibus Passionibus martyrum XLII et in eorum officio liturgico Constantinus patricius appellatur (7). Eundem profecto Symeon logothetes, Theodosius Melitenus, Georgius Hamartolus, Leo Grammaticus et pseudo-Symeon Magister, Constantinum drungarium nuncupant; Theophanis autem operis prosecutor, testis omnium praecipuus, modo Βαβοῦτζικον modo πατρικίον Κωνσταντίνον (8). Atqui ab eodem Theophanis prosecutore comperimus Sophiam sanctae Theodora imperatricis sororem nuptui datam esse Κωνσταντίνῳ τῷ κατὰ τὸν Βαβοῦτζικον. Paulo distinctius Skylitzes: ἡ μὲν Σοφία Κωνσταντίνῳ συνήσθη τῷ Βαβοῦτζικῷ εἰς μαγίστους τελοῦντι (9). Omnibus hisce testimoniis diligentissime collatis, recte concludit Petrus Nikitin Constantinum istum, τὸν κατὰ τὸν Βαβοῦτζικον, ipsum esse S. Constantinum martyrem Amoriensem (10). En igitur ad cuius familiares sancta Theodora consolatorias illas litteras dedit. Et re quidem vera indicia omnia quae eius modi iunebrem laudationem a S. Constantino Hiberno alienam demonstrant, eam alteri Constantino illi accommodatissimam faciunt. Is enim regni Graecorum propugnator fuit acerrimus, imperii decus, ipsorum imperatorum affinis, pro quorum defensione et honore moriens eorum gratiam memoremque benevolentiam suis conciliavit. Huius propinquos sancta Theodora iis verbis affari potuit, immo debuit, quae noster ad S. Constantini Hiberni familiares scripta fuisse commiscitur (11).

AUCTORE P. P.

ad familiares non Constantini Hiberi

sed alterius Constantini

sed alterius Constantini

E

reapse data est.

F

Cum hoc dolo vel errore,

10. Qua fide id asseveret non constat, quandoquidem nescimus ubinam has litteras reppererit et quo exemplo legerit, graeco an hiberico. Attamen sive ipse sive interpret sibi non temperavit quominus de suo aliquid adderet. Quippe Theodora et Michaellem ad universam gentem hibericam ora-

(1) Cf. MARQUART, *Streifzüge*, p. 508. — (2) Vide infra, num. 19, p. 551. — (3) Ita LAURENT, *L'Arménie entre Byzance et l'Islam*, p. 19, annot. 5 et p. 320-21; parum probabiliter, cum hac eadem aetate Abasgos et amiram Tiphisensem foedere iunctos videamus. Cf. supra, num. 6, p. 544. — (4) MARQUART, *Streifzüge*, p. 421-22; A. VASILIEV, *Византия и Арабы. Политическія отношенія Византии и Арабовъ за время Аморийской династіи*, t. I (Petropli, 1900), p. 154. — (5) THEOPHANUS CONTINUATUS, l. III, c. 39; ed. I. BEKKER (Bonnae, 1838), p. 137; STEPHANUS TARONENSIS, *Historia Armeniae*, GELZER-BURCKHARDT, t. c., p. 107; cf. LAURENT, *L'Arménie*

entre Byzance et l'Islam, p. 212. — (6) De quibus BHG. 1209-1214. — (7) V. VASILEVSKIJ et P. NIKITIN, *Сказаніе о 42 аморійскихъ мучениковъ и церковная служба имъ*, in *Mémoires de l'Académie Impériale des sciences de St.-Petersbourg*, 7^e sér., t. VII, 2 (1905), p. 212-14. — (8) Locos optime collegit et digessit NIKITIN, op. c., p. 213-14. — (9) Apud GEORGIUM CEDRENUM, ed. I. BEKKER, t. II (Bonnae, 1839), p. 161. — (10) Loc. c., p. 214. — (11) De hoc argumento litteras dedimus ad studiosos rerum Byzantarum Bucharesti congregatos mense aprili an. 1924.

AUCTORE
P. P.

tionem non habuisse qua nunc eorum epistula concluditur (1), satis superque iam demonstratum est. Sed unum praeterea notare iuerit. Nomen Βαβούτζιον hypocorisma est armenio ritu ab armenio nomine ductum Βαβρηγ (2). Itaque interrogare licet num fortasse Constantinus ille, sicut tot alii milites magistratusque Byzantini, natu armenius fuerit (3), cuius gentiles et cives post eius obitum sancta Theodora in fide et amicitia imperii graeci confirmare voluerit. Itaque in epistula qualis nunc legitur, Hiberi videntur in locum Armeniorum irrepsisse. Sed hanc quaestiunculam ad nostrum propositum non pertinentem per transennam iniecisse iam satis est.

alia
fragmenta
coniuncta
sunt,

11. Quod si S. Constantini laudator Theodora imperatricis litterae legit in deperdita quadam Passione SS. Martyrum Amoriensium, quod sane veri non dissimile est, in eodem fonte alia reperire potuit, quae ad suos usus accommodaret. Quippe Sophronius Cypri archiepiscopus (4) et ex eo Symeon Magister (5) narrant, pridie quam occisi sunt martyres Amorienses, graecum quemdam apostatam nomine Βοιδίτζην aut Βοιδίτζην, Amorii oppidi proditorem, ad carceris ianuum accessisse et evocato Constantino cuiusdam, Constantini patricii notario, suasisse ut ipse et patricius Saracenorum religioni se assentiri simularent. Quem Constantinus nihil cunctatus contumeliose reppulit. Postridie autem, postquam sancti martyres gladio caesi sunt, ipse Βοιδίτζης, iussu principis Arabum, capite truncatus fuit et in flumen proiectus. Forsitan hoc exemplo usus sit hagiographus noster cum narratiunculam adornaret de duobus apostatis armenis qui ad pelliciendum S. Constantinum inmissi fuissent (6). Utiq; non sine veri specie quadam eius modi corruptores induci potuerunt. Neque ex sola invidia in odiosam sibi gentem Hiberus noster eos armenios appellavit. Ipsi enim auctores armenii haud ambigue talentur e principibus suae gentis qui a Bugha Samarram relegati fuerint non paucos sive ore sive etiam voluntate fidem christianam eiurasse (7). Minime incredibile est in eorum numero repertos fuisse qui captivo christiano suaderent ut suam ignaviam imitaretur. Praeterea cum moribus Persarum tyrannorum, quibus Arabes in eadem regione successerant, non discrepat quod additur, duobus illis fidei desertoribus a chalipha

D
mandatum fuisse ut sua manu caput sancto martyri praeciderent (8). Sed in narratione alia quaedam offendunt quae ad tritam hagiographorum supellectilem certissime pertinent. Et tandem consideranda erunt argumenta quae potius suadeant S. Constantinum non Samarrae, sed in Albania necatum fuisse. Rem igitur parumper in medio relinquamus.

12. Iam si ex narratione secernuntur quae hactenus dubia vel manifesto falsa comperta sunt, pars residua his fere continetur: S. Constantinus vir nobilis fuit superioris Hiberiae, qui anno 853, aetatis suae octogesimo quinto, a Bugha comprehensus est et die 10 novembris, sive in ipsa regione sive in exilio, capitis damnatus est. Quatenus verum sit senem grandaeum interemptum fuisse propter timorem quem hostibus inferret, ex sola probabilitatis aestimatione diiudicari non potest: mirum hoc non absurdum, siquidem ipsum Bugham, cum per Hiberiam Albaniamque grassaretur, iam octogenarium fuisse referunt (9). Attamen de rebus a Constantino gestis, nihil in hibericis annalibus, nihil in armenis, nihil in arabicis memoriae proditum est. Reliqua omnia quae ad eius laudem concessit hagiographus aut ex epistula sanctae Theodora imperatricis prolixius iterata sunt (10), aut e communibus locis impudenter deprompta. De sancti ortu, natalibus, educatione, curriculo vitae et honorum nihil prorsus, de virtutibus autem eius vix quidpiam refertur, praeter languida praeconia quae a quolibet encomiographo de quolibet sancto decantari soleant. Neque mendacii suspensio vacat iter Constantini Hierosolymitanum, quod in hagiographia hiberica prope translaticium ornatum est, quoties nulla satis certa temporum locorumque mentio adiecta sit (11). Tandem ipsum proemium quo narratio exorditur contractum fuit e Vita S. Iohannis Chrysostomi a Georgio Alexandrino perscripta (12), quae hiberice conversa iam exstat in codice anni 868 (13). V. d. Cornelius Kekelidze, cui huius versionis apographum praesto fuit, testatur hagiographum nostrum ipsa verba interpretis mutuatum esse. Nobis graeca tantum (14) conferre licuit.

F
13. Quae cum ita sint, satis mirari non possumus indulgentiam eiusdem docti viri C. Kekelidze (15) et Iohannis Gavachišvili (16), qui Con-

(1) Vide Passionis § 16. — (2) Occurrit hoc nomen apud Lazarum Pharpensem, *Φωσφωρική Ζωή* [= *Historia Armeniae*, Venetiis, 1891], p. 447. — (3) Altera soror Theodora Maria matrimonio iuncta est *Ἀρσαβήσ μαγίστρος, ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ ἐν τοῖς τότε καιροῖς διαπρέποντι*. SKYLITZES, loc. c. Iste quidem Arsaber, frater Iohannis patriarchae, patria Byzantius erat de genere *Μαγοζαράτων*. SKYLITZES, loc. c., pp. 146, 144. Nihil tamen setius nomen eius *Aršavir* plane armenium est. Ipsa sancta Theodora genere Paphlagonia erat. SKYLITZES, t. c., p. 103. — (4) Huic enim ascribit Nikitin Passionem BHG. 1209-1210. Op. c., p. 187. — (5) De Theophilo, c. XVIII, ed. I. BEKKER, *Theophanes continuatus*, p. 638-640; cf. NIKITIN op. c., p. 222. — (6) Passio, § 9. — (7) IOHANNES CATHOLICUS, EMIN, t. c., p. 73, apud SAINT-MARTIN, c. XIII, p. 115; THOMAS ARDSRUNIUS, lib. III, cc. 5, 6; BROSSET, pp. 126, 130; STEPHANUS ORBELIANUS, c. XXXVI; EMIN, p. 124-25; BROSSET, c. XXXVII, p. 103. Vide etiam infra, num. 22, p. 552. — (8) Vide supra Comm. praev. ad Passionem SS. Narsetis et Ioseph, num. 30,

p. 421. — (9) MAS'UDI, *Prata aurea*, t. II, p. 297. — (10) Hagiographus videtur etiam argumenta mutuatus esse a Michaele Modrekili, de quo infra, num. 14-15. Declamator a poeta. (11) Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXII, p. 239. — (12) BHG. 873. Mortuus est Georgius an. 630. — (13) Olim in bibliotheca Militaris (Academiae?) Petropolitanae, nov. ser. 13, nunc in Hiberiam asportatus; KEKELIDZE, *Historia litterarum Hibericarum*, t. c., p. 567, annot. 4. Alius codex an. 977-980 perscriptus habetur in laura Hiberorum Athonensi, N° 52. O. WARDROP (ex A. A. TSAGARELI), *Georgian Manuscripts at the Iberian Monastery on Mount Athos*, in *Journal of Theological Studies*, t. XII (1910-1911), p. 602. Cum utroque hoc exemplo conferenda est hiberica Vita S. Iohannis Chrysostomi, quae anno item 968 descripta est a Iohanne Saphareli, in laura Sancti Charitonis ad Iordanem. TSAGARELI, *Православный Палестинский Сборникъ*, t. IV, 1 (1888), p. 227-28. — (14) H. SAVILIUS, *Opera S. Iohannis Chrysostomi*, t. VIII (Etonae, 1612), p. 157-58. — (15) *Historia litterarum Hibericarum*, p. 567. — (16) *Historiae Hibericae monumenta*, t. c., p. 53.

-stantini

A stantini Passionem brevi post annum 853 litteris mandatam putant, quod scriptor sancti martyris supparem aut etiam aequalem se profiteatur. Utique homini non riguit manus, cum haec verba exararet: Vitam et martyrium perscripsi sancti beatique martyris Constantini, qui diebus nostris exstitit (1). Sed pace interrogaverim horum iudicium excellentium: numquid tam facili artificio contegi possunt tot indicia quae Passionem multo recentiori aetate factam demonstrant? De grammatica forma et compositione verborum, cum e miserabili editione nihil constet, nihil dicamus. Reliqua omnia: stilius, filium orationis, putida sententiarum inanitas, delerioris aevi rhetoricam produnt. Certa vero historici scientia qui probe sibi nota referat, in tota narratione nusquam percipitur. De hoc satis: Passio S. Constantini longe post tempora Davidis Reparatoris et Thamar reginae composita fuit, a fabulatore qui ne meminerat quidem Tiphlisium non semper hiberici regni sedem fuisse. Beati martyris genuina memoria aliunde repetenda est.

§ II. De S. Constantini mentionibus historicis.

A Michaelē 14. Antiquissimum testimonium in quo nominatum designetur S. Constantinus nobis servavit hymnarium sive himnologium, quod saeculo X exeunte partim collegit partim concinnavit Michael Modrekili (2). Huius exemplar ipsius Michaelis manu descriptum exstat in codice 425 Sodalitatis ad propagandum studium litterarum inter Hiberos, qui eruditorum sollertiam non parum iam exercuit (3). In hoc igitur hymnario, inter carmina festiva quae a Michaelē videntur composita, legitur, ad diem 22 novembris, acoluthia წმωղობა მღვანთისა კახაბერისა კახაბერისა კახაბერისა მღვანთისა, sancti martyris Constantii Cachai Hiberi martyris (4). Cachai cognomen, quam significanter huius mentionis originem demonstrat, paucis nunc explicari non potest, sed ex sequentibus manifeste patebit. De codicis aetate non ambigitur. Exaratus hic fuit inter annum 978 et 988, uti evidenter ostendunt ascriptiones memoriales quas rettulit Moïses Čanašvili (5). Istae rursus congerendae sunt cum notulis, et praesertim cum « codicil-

lo », quae anno 977 ascripta fuerunt chirographo laurae Hiberorum Athonensi 69 (6), et a Demetrio Bakradze in suis eclogariis historicis excerpta fuerunt (7): qui tamen eas cum aliis documentis ita commiscuit ut non facile perspicias, quid ex codice Athonensi depromptum sit, quid aliunde. Ex his testimoniis sibi persuasit vir doctus Michaelē nostrum fratrem fuisse Mariae, matris S. Iohannis Hagioritae et Thornicii, a quibus condita est laura Hiberorum (8). Sed id perperam conclusum esse ostendit v. cl. Corn. Kekelidze (9). Numquid insuper probabilis Michaelē S. Iohannis filium ipse dixerit, adeoque S. Euthymii interpretis fratrem, longioris est sermonis neque ad praesentem quaestionem cognitu peropportunum. Certe noster ille Modrekili quoque necessitudinis et cognationis vinculo coniunctus erat cum sanctis viris qui alii aliter condendo coenobio Hiberorum allaborarunt. Sed explicato huius gentis stemmate testimonium de quo nunc quaeritur nihilo exploratius fieret. De his, si Deo placuerit, alias. Coenobium vero Uški, უჭი, in quo lucubrabat Michael Modrekili, vel cui suum hymnarium descriptum obtulit (10), parum considerate autumavit Zordania eandem (11) esse mansionem Sancti Baptistae, in monte Atho, olim Laurae Magnae dein Hiberorum metochion, ubi anno 977 supradictus codex Chrysostomi et Ephraem Sgri exaratus fuit, atque anno insequenti notissimum exemplar Athonense Bibliorum Hiberorum (12): quam cellam etiamnum a Graecis Ušk appellari testatur Tsaqareli (13). Sed cum ex aliis indicis, tum etiam e crebris notulis in quibus memoratur Iohannes Mšbevari, id est Thelhi episcopus (14), constat Michaelis hymnarium compositum fuisse in Hiberia. Iamvero, in Calarzena, ad occidentem lacus Torthum, neque admodum procul a celeberrimis Hiberorum monasteriis Chachuli et Tschan (15), in loco qui nunc appellatur Eošq (16) vel etiam Ošk (17), exstant hodieque coenobium et ecclesia magnifici operis, quae paulo ante annum 937 exstruxerunt Adarnarses europalates, Pancratius archon archontum et David Magister, filii Adarnarsis europalatae (18). In ea ecclesia tituli leguntur saeculo X et XI positi, quos edidit et illustravit Narses Sargisian (19) et post eum F.-M. Brossel (20). Vix prudenter dubitari potest quominus hoc sit coeno-

AUCTORE
P. P.

in
Calarzena,

F

(1) Passio, § 2. — (2) Vid. KEKELIDZE, *Historia litterarum Hibericarum*, t. I, p. 172-74. — (3) Horum commentationes plerumque antiquatas hic referre nihil iuvat. Vide tamen quae de codice exposuit M. G. ČANAŠVILI, ხელნაწილი წმωღობისა მღვანთისა კახაბერისა კახაბერისა კახაბერისა მღვანთისა [= *Thesaurus e saeculo decimo*, Tiphlisi, 1891], p. 8-25. Specimen huius chirographi cum notis musicis phototypice expressit J. THIBAUT, *Христианский Востокъ*, t. III (1914), tabula XIV ad p. 208. — (4) Vide infra, num. 15. — (5) *Thesaurus e saeculo decimo*, p. 8-25. — (6) Orationes selectae SS. Iohannis Chrysostomi et Ephraem Syri hiberice conversae. TSAGARELI-WARDROP, *Catalogus codicum coenobii Hiberorum*, t. c., p. 605. — (7) *Chronica*, t. I, p. 107-122. — (8) *Vita SS. Iohannis et Euthymii*, § 6, *Anal. Boll.*, t. XXXVI-XXXVII, p. 16. — (9) TSAGARELI-WARDROP, loc. c. — (10) In aliqua e suis notulis Michael se mersum queritur fluctibus huius mundi. ČANAŠVILI, t. c., p. 13. In alia sumptus memorat quos operi suo impendit; ibid., p. 16; KEKELIDZE, *Hist. litter. Hiber.*, p. 172. — (11) *Chronica*, t. c., p. 108. — (12) TSAGARELI-WARDROP, t. c., p. 594-95.

— (13) Ibid., p. 595. Id nos ignorare fatemur. E recentioribus quidem scriptoribus, Gerasimus Smyrnakes, hagiorita, ait tantum Σκήτην τοῦ τυμίου Προδρόμου sitam esse *καταθεν τῶν ὁροσειῶν τῆς Τεσσάρων*. Vide *Τὸ Ἅγιον Ὄρος* (Athens, 1903), p. 481. — (14) ČANAŠVILI, *Thesaurus*, p. 17-20. De Iohanne illo, KEKELIDZE, *Hist. litter. Hiber.*, p. 170-72. Ecclesia eius ubi sita fuerit et quando condita, vide *Anal. Boll.*, t. XXXVI-XXXVII, p. 210. — (15) *Anal. Boll.*, t. c., pp. 84, 221. — (16) *Էջեր* N. SARGISIAN, *Տեղագրութիւնք և քաղաք և քաղաք շարք* [= *Descriptiones Armeniae Minoris et Maioris*, Venetiis, 1864], p. 85-86. — (17) Ita Ricardus KIEPERT, *Karte von Kleinasien* (Berlin, 1908), tabula VI A. — (18) De his *Vita S. Gregorii Chandzithani*, §§ 12, 24, in *Anal. Boll.*, t. c., pp. 235, 247. — (19) *Descriptiones Armeniae*, p. 88-89. — (20) *Inscriptions géorgiennes et autres recueillies par le Père Nersès Sargisian*, in *Mémoires de l'Académie impériale des Sciences de St.-Petersbourg*, 7^e sér., t. VIII, 10 (1864), p. 5-11, cum tabulis I et II.

AUCTORE P. P. acoluthia S. Constantini Cachai

bium illud Uski, cui Michaelis Modrekili hirmologium destinatum fuerit (1). 15. Acoluthiam S. Constantini Cachai, una cum aliis carminibus Michaelis Modrekili nuper edidit A. P. Ingorova (2): qua perlecta, iam non mirabere hunc fontem tandiu neglectum fuisse a viris doctis qui de historia S. Constantini disseverunt. Pars propria officii fere tota constat translaticiiis formulis e quibus, praeter laudes quae omnibus martyribus communiter tribuuntur, hoc unum colligi potest: S. Constantium nobilem virum fuisse, qui misericordia in pauperes claruerit (3). Attamen prope ad extremum (4), haec verba leguntur quae paulo distinctius sonant: ნეტარი კახტანტი, რაჟამს წარვიყვანა ქვეყანისა გან თვისა და მიიწია ქვეყეანად ოჯ- შჯვლდთა, განძლიერებოვლ ოქმნა ხოვლობა მიერ წმიდისა, და ბრძანებასა ოჯშჯვლდ- თასა წინადავდვა, და მახვლობა დათმენი- თა მცნამედ გამომწნდა, და დემერტა ოჯ- დრცხად ამაღლებდა ოჯვკვინსამედ ... მახ- ზვლი შევრატებს ყოლ ხომწნით და მოვდრ- ოქა ქედო და ხობანოვლით დადადებდა: « ა- კვართხევიდით... » Beatus Constantius, cum e terra sua in terram infidelium abductus est, a Spiritu Sancto confirmatus, infidelium edicto restitit, et gladii perpeessione martyr factus, ad Deum sublimis in aeternum ascendit... Gladium forti animo contempsit, cervicem inflexit (5) et cum gaudio exclamavit: «Benedicite...» Itaque no- verat Michael sanctum cuius praeconia perscribere instituerat, ab infidelibus abductum fuisse, et in exilio propter fidem Christi securi percussus. His fere continentur quae de sancto martyre fama traditum acceperat. Nam profecto sicubi eius vita et obitum narrata legisset, non tot inanibus verbis, quasi tomento, versiculos suos infersisset. Passione S. Constantini certissime non usus est. Immo potius videtur hagiographus facundiae suae alimentum, tenue illud quidem, a Michaele Modrekili quaevisisse (6). Age porro videamus num Hiberi martyris, quem neuter illorum noverat, melius alicubi memoria servata sit.

Ex Thomae Ardrunii

16. Primo loco audiendus est qui in rebus huius tempestatis nobis erit testis omnium praecipuus, donec interrogari poterit Sapor ille Pancratides (Sapuh Bagratuni), cuius liber a Iohanne Catholico non semel laudatus (7), ex oblivione qua deletus credebatur, ad lucem nuper emer- sit (8). Nemp Thomas Ardrunius in illa gentis domusque suae non tam historia quam en- comio, quod saeculo X ineunte conscripsit (9),

postquam in libro III, c. 9, Tiphliisii excidium D et c. 10, irritam Bughae expeditionem contra Sa- naros rettulit, continuo orationem traducit ad calamitates quibus Bugha tunc Albaniam affe- cit. In qua narratione, primum c. II viros ali- quot memorat, qui in ista regione ab infidelibus caesi sunt. Horum agmen ducit nobilis quidam Armenius, nomine Մուկաթ, Mucath, i. e. arabice: موكا, « bellator », ex tractu Vanand (10), in pago Aïrarat; qui cum ad explorandos Albano- rum animos venisset, in manus hostium incidit et crudeliter necatus fuit in castris Arabum, eo loco qui dicitur Goroz, prope montem Kšith. Huius igitur supplicium primo narrat Thomas. Dein porro pergit in haec verba (11):

Նմանապէս կամ թէ եւս հրաշախառ- արցն երկցս երանելիք Սողոմոնն, որ Սևորդին ճանաչի, եւ կախայ վերին աշխարհեցին, ոչ խոտորեցան ի բան թագաւորին, եւ ոչ եղև ունկղկը մաղ- Ե ճահամ եւ ժախահոտ բանիցն, իբրև ի վեռեկեալ գերեզմանէ գնեխահոտու թիւնն արտաք արկանելոյ. որով զբա- զումս դրդուեցայ ի յԱստուածային աւրի- նացն եւ յերկրագոյտիւնէն յԱստուածոր- դայն: Այլ նահատակեցան արեաբար եւ ետուն պատասխանի թագաւորին մեծա- համարձակութեամբ, յուսացեալ ի մին միայն ի թագաւորն թագաւորաց եւ ի տէրն տերանց, ի Գրիտոսս յորդին Սա- տուծոյ. եւ ասնն յթագաւորն. « Լաւ է մեզ մեռանել վասն անուանն Գրիտոսի, բան վայելել ընդ ընդ, որով մահուամբ եւ կամիս, պատրաստ եմք յամենայն հնարս չարչարանաց մասնել զոր ուսոյց ընդ վարդապետն չարեաց հայրն զո սա- Բ ասնայ. մեք ոչ ի բաց կամք ի սիրոյն Գրիտոսի, եւ ոչ մեկնիմք ի կենացն յաւիտենից, եւ ոչ լինիմք ժառանգորդ յաւիտենական տանջանացն: » Գայնեժամ բարկացեալ բռնաւորն, իբրև զգաղան մի կատարեալ յարձակեալ ի վերայ

1 Codex alius: եւ ժահահոտ բանից նորա.

(1) Interrogare quoque licet num hoc etiam coenobium sit in quo S. Iohannes Hagiorita et Thornicius se receperunt, antequam in Graeciam migrarunt. Vide Anal. Boll., t. c., p. 16-17. For- sitan eius nomen ad sedem suam Athonensem transtulerint. — (2) ძველ - ქართველთა სახელთ- დელ პოეზიას [= Poesis spiritalis veterum Hi- berorum], t. I (Tiphliisii, 1913), p. 289-94. — (3) Op. c., p. 289. — (4) Ibid., p. 293. — (5) Cf. ibid., p. 290. — (6) EMIN, t. c., pp. 5, 63, 73, 79; apud SAINT-MARTIN, c. II, p. 2; c. XIII, p. 99; c. XIV, p. 118; c. XVIII, p. 127. — (7) Vide ad § 3 Passionis. — (8) Prope ad ip- sam horam in qua hunc commentariolum im- matura necessitate prelo committi oportuit, speravimus librum nobis allatum iri. Longiorem

moram trahere, nostri operis ratio non sivit. Molestissimum tamen scrupulum nobis ademptus est, cum docta femina S. Der Nersessian, quae Saporis Bagratunii historiam legere potuit, offi- cioso nos certiores fecit, nullam in eo mentio- nem se reperisse huius hominis de quo nunc Thomae Ardrunii testimonium excepturi sumus. — (9) BROSSET, Collection d'historiens Armé- niens, p. 140 et seq. — (10) STEPHANUS TARO- NENSIS, l. II, c. 2: Մուկաթ վանանդացի, Mo- call Vanandensis; ed. ŞAHNĀZARIAN, t. c., p. 117. In synaxario «Ter Israelis» in locum Mu- cathi successisse videtur Մլեհ, Mleth, ceterum ignotus (T. I, p. 105, d. 3 martii). — (11) Պատ- մուկիւն տանն Արծրունեաց [= Historia domus Ardruniorum, Constantinopoli, 1852], p. 210-11.

գաղանց

A գառանց գէշ արկանել զնոսա. հրամա-
 յեաց պնդել զնոսա ի ցիցս կայեալ
 ստիւք եւ ձեռաւք. եւ ետ բերել քուքս եւ
 տանջել զնոսա քրովքն յերկար, մինչ
 կարծել ի նմին վախճանել. եւ նոքա
 կային մեծաւ ուժով եւ գոհանային զան-
 քաւ եւ զառատաշնորհ : պարզեացն
 Քրիստոսի, որ արժանի արար զնոսա
 մեռանել վասն անուանն Քրիստոսի եւ
 աւնուլ զմարտիրոսական պատին : Եւ
 մինչդեռ կային կենդանի եւ գոհանային
 զՔրիստոսէ զանցալի զարութենէն, որ
 զաւրացոյց զուրբան մեծ սապարիսին ի
 հոգեւորական պատերազմին : Եւս առաւել
 բարկացեալ թագաւորն իրբեւ զհնոց
 վառեալ բորբոքէր, եւ բերել փայտս,
 B եւ եղեալ ի վերայ փայտին զերանելին
 Սոդոմոն, եւ մաւտ առ փայտն կացոցին
 զուրբն կահայ, զի գոնեայ մինն ի միւ-
 այ տանջանացն երկուցեալ հնազանդիցի
 հրամանի թագաւորին : Իսկ նոքա
 առաւել քան զառաջինն զիմեցին ընդ-
 գէժ չարչարանացն, խաչակից լինել
 Քրիստոսի. ուրացան զանձինս եւ առին
 զհաչն Քրիստոսի եւ գնացին զհետ կո-
 չողին, կորուսին զանձինս, այսինքն զկե-
 անս աշխարհիս, զի զյաւիտենիցն գացին
 զկեանս, մեռան ընդ Քրիստոսի, զի ընդ
 նմին թագաւորեացն : Կոյն ժամայն ել
 հրաման յարքունուստ, զի զուրբն Սոդոմոն
 ի նմին փայտի սպանցն հետաձիգ լինել
 ի նա : Եւ ըստ հրամանի բռնաւորին
 գահճացն ձգեալ ի նա նետս շուրջանակի,
 C աւանդեաց զոգին, ի փառս Ստուծոյ, երա-
 նելի նահատակն Քրիստոսի : Իսկ զուրբն
 կահայ հրամայեաց սրով սպանանել. Եւ
 առեալ զահճին զուրբն, եհար զերանելին
 եւ եհաս զգլուխ նորա. եւ նոյն ժամայն
 աւանդեաց զոգին ի ձեռս Ստուծոյ :
 Այսպէս վկայեցին երանելիքն, ի փառս
 սուրբ երբորդութեանն յաւիտեանս յաւի-
 տենից :

Haud aliter, immo etiam clariori cum laude
 ter beati Salomon, qui Sevordius (1) cognomina-
 tur, et Cachai e Superiori terra sermonibus regis
 minime flexi sunt, neque aures praebuerunt bi-
 lis instar acribus fetidisque verbis eius, qui pu-
 tredinis odorem quasi e rimoso sepulcro affla-
 bat : quo non paucos in divinis legibus et adora-
 tione Filii Dei labefactaverat. Illi contra agone-
 m fortiter oppetivere, et summae audaciae respon-
 sum regi dederunt, unico regi regum confisi do-
 minoque dominantium Christo Dei Filio, et regi
 dixerunt : « Nobis praestat mori pro Christi no-
 mine, quam tecum gaudere. Quaecumque ne-
 ce (nos afficere) volueris, omnia cruciatuum ar-
 tificia oppetere parati sumus, quae te docuerit
 malorum magister Satanas pater tuus. Nos quide-
 m a caritate Christi non recedemus ; neque a
 vita aeterna seiungemur, aut ad sempiterna
 supplicia destinabimur. » Ad haec tyrannus fu-
 rore exardescens, sicut belua efferata quae in
 agnos irruit ad eos devorandos, praecepit ut illi
 manibus pedibusque ad palos vinculis alliga-
 rentur ; nodosos fustes afferri iussit, hisque fustibus
 illos tamdiu verberari, donec iam inde mori-
 turi crederentur. Illi autem summa cum forti-
 tudine stabant, atque infinitatem ac munificentiam
 donorum Christi praedicabant, a quo digni
 facti erant, qui pro Christi nomine morerentur et
 martyrii coronam acciperent. Cum igitur etiam
 tum superstites essent et Christi invictam poten-
 tiam praedicarent, qui sanctos in grandi stadio
 confirmaverat belli spiritalis, rex vehementiori
 furore exardescens, quasi fornax flammis exaes-
 tuans, stipites afferri iussit ; et beato Salomone
 in stipitem sublato, sanctum Cachai prope hunc
 stipitem collocarunt, si forte alter alterius tor-
 mentis territus ad regis mandatum flecteretur.
 Verum illi promptius etiam quam ante cruciati-
 bus se obtulerunt, ut participes fierent crucis
 Christi ; se ipsos abnegarunt, Christi crucem as-
 sumperunt, vocantemque se subsequuti sunt ;
 animas suas perdididerunt, id est vitam terrestrem,
 ut vitam sempiternam invenirent ; cum Christo
 mortui sunt, ut cum Christo regnarent. Interea
 regio edicto praeceptum est, ut ad sanctum Salo-
 monem in ipso stipite conficiendum, sagittae in
 eum mitterentur. Itaque, dum lictores ex ty-
 ranni mandato circumcirca in eum sagittas emit-
 tunt (2), beatus Christi heros spiritum tradidit,
 ad gloriam Dei. Sanctus vero Cachai gladio inter-
 fici iussus est. Lictor assumpto gladio, bea-
 tum ferit eiusque caput praecidit : qui continuo
 in manus Dei tradidit spiritum. Sic igitur beati
 illi martyres facti sunt ad gloriam sanctae Trini-
 tatis, in saecula saeculorum.

AUCTORE P. P. testimonio Deut.10,17. E F constat

² Codex alius : շորհացն ; alii duo : գառառ-
 շորհս .

(1) Սեւորդիք, sevordiq, i. e. filii Nigri, graece Σε-
 βόρδιοι (ed. : Σεβόρδιοι, CONSTANTINUS PORPHYRO-
 GENITUS, De caerimoniis, II, 48 ; Bonnae, p. 687),
 vel Σαβόρδιοι (Id., De administrando imperio,
 c. 38 ; ibid., p. 168) tribus asiatica erat de genere
 Turcorum, quae medio circiter saeculo VIII in
 Armenia consederat. Sevordiorum origines eru-
 ditissime exponit Ios. Marquart, qui ex illis Hun-

17. Haec Thomas Ardrunius, qui etsi superio-
 rum temporum historiam non raro fabulis admiscet,
 rebellionem lamen Armeniorum contra Iosephum
 amiram et calamitates quae porro consecutae sunt

garos originem ducere contendit. Streifzüge,
 p. 36-42. Sevordiorum princeps Stephanus, cog-
 nomine Կոն, Conus, a Bugha Samarram cum
 Symbatio Abū 'l-'Abbās amandatus anno 855
 capitis damnatus est. Vide infra, num. 22,
 p. 552. — (2) Cf. Passionem S. Isbozetae, § 8,
 supra, p. 212, et quae ad locum annotata sunt.

e memoriis



AUCTORE
P. P.

Hiberum
nomine
Cachaï

in
Albania,

in
auctumno
anni 853

a Bugha
interemp-
tum.

C

e memoriis nondum obscuratis didicerat atque huius tragoediae testes et actores superstites ipse noverat (1). Imprudens certe index sit qui eius auctoritati exceptionem opposuerit e Passione Constantini. Iam vero in narratione Thomae haec praesertim notanda sunt: Cachai, (Cahai, Cahai), vir nobilis erat Superioris Regionis, i. e. Hiberiae septentrionalis, quae ab hagiographo quoque nostro dicitur fuisse Constantini patria. Attamen martyres omnes in quorum censu ponitur sive genere sive religione Armenii erant. Ipse Salomon, cuius in supplicio consors fuit, Sevordius erat: ergo ad dicionem ecclesiae armeniae pertinebat. Neque ulla dubitandi ratio est quin Thomas, in quo studium partium tantum valebat, etiam S. Cachai habuerit ut suum et fidei communionem sibi coniunctum. Utrum iam ante supremum certamen ambo martyres eiusdem fuerint incepti aut consilii participes, an contra fortuitus casus eos in morte sociaverit, ex narratione non colligitur. Salomon quidem videtur indigena fuisse regionis in qua comprehensus fuit. Cachai autem ubi in manus hostium delapsus et unde ad Bugham adductus esset, aut nescivit Thomas aut referre non curavit. Locus in quo ambo trucidati fuerunt, nobis ignotus est. Urbs vel vicus Gorhoz, alias Gorroz (Горроз, Гурроз), quod nomen armenice pariter et iberice: superbus vel ferox intelligitur, a geographis memoratum non videmus (2). Neque notior est mons qui prope hunc locum assurgit, et in quo videntur sita fuisse Arabum castra. Praeterea nominis ყაზბ, alias კახი (3) vel ყიჯ (4), desperata corruptio est. Contra de tempore indicia omnia plane congruunt. Salomon Sevordius et Cachai Hiberus a Bogha ad mortem damnati sunt, postquam in Albaniam irruerat, ut ex modo dictis colligitur, neque nullo ante quam ad urbem Partav, quae est Barda, ad Terter fluvium, in provincia et pago Utiorum (5) exercitum in hiberna deduxit (6). Si Thomae verba presse accipienda sunt, in ambos captivos sententia dicta fuit ab ipso Arabum rege, i. e. chalipha, qui tunc Samarrae, aut certe in Babylonia versabatur. Id tamen tota rerum narratarum serie excluditur. Sed nisi scriptor haud elegans regem dixit pro summo duce probabiliter intellegendum est a Bugha martyrum causam iudicatam fuisse vice regia et congruenter legi quam chalipha edixerat. Tandem notatu dignum est in supplicii genere quo Cachai peremptus fuit, Thomam Ardsrunium cum Passione Constantini quadamlenus convenire.

18. Cum Ardsrunii narratione conferenda est inscriptio in albario opere depicta, in absida ecclesiae Sanctae Sion (7), in Ateni pago prope urbem Gori, ad occidentem Tiphlisii. Eius litterae tam parum conspicuae sunt, ut curiosissimi viri Brosset, qui in eadem ecclesia titulos alios collegit (8), aspectum fugerint. Primus inscriptionem animadvertit Davithisvili, qui eius apographum sumministravit Demetrio Bakradze. Is postquam semel iterumque magna cum cura singulos apices in ipso pariete recognovit, inscriptionem in suam Historiam Hiberiae inseruit, quae post eius mortem primum edita est (9). Dein nova quadam defectione, titulus rursus delituit, adeo ut Thomas Zordania, eum e Bakradze testimonio referens, deletum fuisse quereretur (10). Neque melior fortuna iuvit peritissimos antiquarios qui, an. 1886, coniunctis curis, ecclesiam Atenensem explorarunt (11). Tandem, mense iulio an. 1911, Iohannes Dzavakhov (Gavachisvili) postquam omnes interioris aedificii partes iterum ac saepius inspexerat, inopinato casu, inscriptionem reperit, et ilico photographice expressit (12). Haec nunc prolat ad liquidum perducta et emendata. Est autem eius modi:

Inscriptio
ecclesiae
Atenensis;

თთავჳსა აგავსტებსა : ეხა : დღესა
შაბათს[ა]
[ქრ]ონოსებსა ოგსა ი// წელსა
ხლთსა :
[ქალ]ქი ტფილისი დაწავა ძვლდა :
და შეიბერა :
ამირან ხაშაკ და მკვლა : და მახვე
თთავჳსა :
[აგავსტებსა კვსა დღესა შაბათ-
სავე : ზინთქ
[შ]ეიბერა : კახია : და ძმ მისი :
თარგოჯჯი

Mensis augusti Vº, die sabbati
Circuli magni numero LXXIII (et) anno
[CCXXXVIII],
urbem Tiphlisium incendit Buga, et compre- F
[hendit
amiram Isaac atque interfecit. Et eiusdem
[mensis
augusti XXXVI die, item in sabbato, Zirak
comprehendit Cahai eiusque filium Tarhuçi (13).

In secundo versu, difficultatem facit litterulae

(1) Vide I. II, c. 7; Brosset, op. c., p. 105 De auctoritate Thomae Ardsrunii, Brosset, ibid., p. 1-xx, praesertim, p. x-xv. Cf. THOPDSCHIAN, Die inneren Zustände von Armenien unter Ašot I, in Mitteilungen des Seminars für Orientalischen Sprachen, zu Berlin, t. VII (1904), p. 122. — (2) Lucas INDJIDJIAN, Մարտիրոսիւն ՚իւն Հայաստանայց [= Descriptio antiquae Armeniae, Venetiis 1822], p. 515. — (3) THOMAS ARDSRUNIUS, l. III, c. 10; Brosset, Historiens arméniens, t. c., p. 145; cf. p. 151, annot. — (4) INDJIDJIAN, op. c., p. 515. — (5) H. Hübschmann, Die altarmenischen Ortsnamen, pp. 273-274, 353. — (6) THOMAS ARDSRUNIUS, l. III, c. 11; Brosset, t. c., p. 153. — (7) I. e. basilicae, si nominis veriloquium retinendum est. I. GAVACHOV (GAVACHISVILI), Къ вопросу о времени построения грузинскаго храма въ Атенъ по вновь обслѣдованнымъ эпиграфическимъ

памятникамъ, in Христианскій Востокъ, t. I, 3 (1912), p. 293. — (8) Voyage archéologique dans la Géorgie et dans l'Arménie, 6º rapport (1851), p. 20-26. — (9) იბერიის საქართველო, t. c., p. 219. — (10) Chronica, t. c., p. 82. Indidem eam descripsit M. G. GANAŠVILI, საქართველოს იბერიის [= Hiberiae historia], t. I (Tiphlisii, 1906), p. 314. Cf. etiam M. TAMARATI, L'Eglise géorgienne, des origines jusqu'à nos jours (Rome, 1910), p. 272-85. — (11) Comitissa UVAROVA, Материалы по археологii Кавказа, t. IV (Mosquae, 1894), p. 147-53. — (12) Christianskij Vostok, t. c., p. 277-85. Editioni adiecta est, tabula XVIII, 2, imago phototypica uni Lynceo legenda. — (13) Hoc nomen coniunxit GAVACHISVILI, cum nomine Tharchonis illius (Tarhon), cuius filius Mirian, arcis Ateni praefectus, memoratur in altera inscriptione, quae circa an. 1060 in eadem ecclesia posita fuit. Loc. c., evanidum

A *evanidum vestigium, post quam allera videtur scripta fuisse et fortassis tertia. Bakradze legendum censuerat ՆՏ, i. e. ՆԵԾԹ, super, invita grammatica. Mavult Գավաչիճվիլի ՕՅՏ, quod compendium foret nominis ՕՅԹԻՅԵԼԵՆԻ, Ismaelitaram (1). Duriuscula sane contractio. Sententia pariter clara est si rescribitur: ՉՏ, et, atque. Nempe mohammedana notatio annorum, quam hoc loco usurpatam esse plane manifestum est, legentibus in mentem ultro veniebat, qui Arabum imperio tunc subditi in omnibus negotiis publicis illa communiter utebantur. Haec minime omnium ambigua erat in inscriptione qua commemorabatur caedes moslemici principis ipsius regionis (2). Demum nomen Cachai in postremo versu nonnihil habet quaestionis; sed hanc etiam confidimus modo expeditum iri (3).*

quam certa
eius fides

B 19. Genuinam esse inscriptionem Atenensem iam ante constabat quam denuo reperla fuit. Ipsi errores in quos Bakradze manifesto lapsus erat, ut cum, v. g., nomen Zirak in vezir mutavit, evidenter demonstrabant epigramma non satis oculata quidem sed ingenua cum probitate descriptum fuisse. Neque nisi pericacae movebit quod v. d. I. Strzygowski asseverat, ecclesiam Ateni saeculo X exstructam fuisse (4); id enim ex sola aedificii forma dignosci non potest, quam post primam molitionem immutatam fuisse ostendit Գավաչիճվիլի (5). Ipsa inscriptio omnibus, ut ita dicam, syllabis, sibi fidem facit, atque historiam novo testimonio confirmat et illustrat. In primis ex ea praecise definitur quo tempore Tiphlisium a Bugha eversum fuerit. De anno 853 iam constabat, qui probabiliter colligitur e Thoma Ardrunio (6) et perspicue significatur a Ia'q'abi (7), Baladhori (8) aliisque Arabibus, qui prope ipsis rebus interfuerunt (9). Nunc vero docemur oppidum expugnatum fuisse die augusti 5, qui reapse hoc anno in sabbatum incidit, uti fert inscriptio Atenensis. Fallax igitur in hac re Tabari diligentia, qui in annalibus (10) asseverat Zirak "Turcum", a Bugha praemissum, Cyrum fluvium e regione Tiphlisii transmisisse, in sabbato, die 31 augusti anni 852; continuo portas oppidi circumsessas fuisse et a pyrobolis ignem moenibus admotum, qui postridie, concremata urbe, exstinctus sit. Incendium Tiphlisii et sumptum de Isaac amira supplicium, si qua testificatione adhuc egebant, nunc ipsorum veluti spectatorum auctoritate confirmata sunt. Reliqua pars inscriptionis non minus apte cum historia congruit. Arx (11) vel castrum

Ateni, infra regionem situm est, per quam Zirak Tiphlisio projectus, irrumpentibus Abasgorum copiis occurrere debuit (12). Admodum probabile est Cachai eiusque filium, non quidem in ipsa arce, quae ab hostibus non videtur detrimentum passa esse, sed tamen non procul ab ea, fuisse interceptos; nam profecto titulus in quo una cum caede principis et ingenti clade totius regionis nominalim commemoratur duorum hominum comprehensio, eo loco positus fuisse censendus est, ubi istorum sors animos praecipue commoverat. His breviter notatis, ad institutam quaestionem iam propius eecedendum est.

AUCTORE
P. P.

20. Testium qui haecenus interrogati fuerunt responsa uno quasi conspectu sic inter se comparari possunt. In Passione legitimus Constantinum Hiberum, Superioris regionis principem, a Bugha in vincula coniectum fuisse, Tiphlisio Samarram deductum, ibique, ex ipsius chaliphae sententia, gladio caesum die 10 novembris anni 853. A Michaele Modrekili accepimus Constantium cognomine Cachai, pium nobilemque principem Hiberum, in terra infidelium capite truncatum fuisse. A Thoma Ardrunio, hominem Superioris regionis, de secta Armeniorum, Cachai nomine, a Bugha in Albania gladio ferri iussum ante hiemem anni 853. Ex inscriptione tandem ecclesiae Ateni, conspicuum quendam virum nomine Cachai vel Cacham, cum filio suo Tarchuği, die 26 augusti anni 853, a Zirak, Bughae legato, interceptos fuisse, ut videtur, in arcis Ateni vicinia. Quis in tam obscura antiquitate indicia magis consentanea requirat, ut unius eiusdemque memoriolae variatas imagines agnoscat? Parvi refert quod in Atenensi titulo de ultima littera nominis Cachai dubitatio aliqua moveri possit. Գավաչիճվիլի quidem, postquam neque ՉՏԵՏ neque ՉՏԵԹ solito ductu scriptum comperit, prius tandem nomen eligendum decrevit (13), quod inscriptione certissime designatum intellexeret Կախայ illum, cuius supplicium narravit Thomas Ardrunio (14); praecise tamen negavit eundem hunc esse atque S. Constantinum Hiberum (15). Contra v. d. Robertus P. Blake, qui lapidem et ipse coram inspexit, indubitanter nos monuit ՉՏԵԹ satis distincte delineatum videri. Quod si ita est, manus pictorem fejellit, qui superfluum apicem, postquam in udo semel induxit, delere amplius non poterat. Sed haud dubie ՉՏԵՏ scribere debuit et voluit. Neque prae usitato vocabulo (16) quod parallelis documentis comprobatur, retinen-

Testimo-
niorum
summa:

E

F

pp. 289-91, 296-97. — (1) Loc. c., p. 279. — (2) Miratus est Գավաչիճվիլի in monumento christiano tempus arabico ritu notatum esse, et adductis exemplis sibi demonstrandum putavit id fieri potuisse (loc. c., p. 279-80). Res tamen neque tam inusitata neque adeo creditu difficilis. In ipsa Passione S. Constantini nostri (§ 12) anni Arabum indicantur. — (3) Vide infra, num. 20. — (4) Die Baukunst der Armenier und Europa (Wien, 1918), p. 88-89; ubi, p. 88, annot., memorantur periti viri qui de hoc aedificio disseruerunt. — (5) Christianskij Vostok, t. c., p. 292-295. — (6) Id iam dilucide exposuit DULAU-RIER, Chronologie p. 255-59. — (7) HOUTSMA, t. c., p. 517. — (8) T. c., p. 219. — (9) Vide THOPDSCHIAN, Die inneren Zustände von Armenien, I. c., p. 111-12. — (10) Annales, ROSEN-DE GOEJE, t. c., p. 1414: فلما كان يوم السبت لعشر ٢٣٨

do advenit dies sabbati, elapsis decem (noctibus) mensis rabii prioris anni CCXXXVII, i. e. die 31 augusti anni 852: quod ut aperte falsum ne sit, pro خلون, legendum est ٢٣٨, decem residuis (noctibus), i. e. die septembris decimo, qui anno 852 sabbatum fuit. Tiphlisii excidium ad mensem octobrem anni 853 differt LAURENT, L'Arménie entre Byzance et l'Islam, p. 375. — (11) Hoc nomine locus appellatur in altera inscriptione de qua superius, num. 18, p. 550, annot. 13. — (12) Vide supra, num. 6, p. 544. (13) Christianskij Vostok, t. c., p. 281; cf. p. 296. — (14) Loc. c., p. 283. — (15) Ibid., annot., ubi corripitur v. d. Ios. Marquart, qui divinando magis quam arguendo, peracute, ut solet, opinatus erat unum eundemque hominem esse Cachai de quo Thomas Ardrunio et Constantinum Hiberum, cuius historiam apud Brosset summam expositam legerat. Streifzüge, p. 413, annot. 1. — (16) Praeter exempla quae attulit ԳԱՎԱ-

-dum

AUCTORE
P. P.

dum est nomen insolitum et novum, cuius nullum alius exemplum occurrit. Multo etiam evidentius corrigenda est absurda sententia quae initio Passionis legitur: კონსტანტინე რომელსა უცდა კაცი მამულსა მის ქუეყანსა, Constantinus, qui dicebatur homo terrae huius patriae. Nempe collatis omnibus testimoniis, liquido constat nomen კაცი ex versu sive proximo sive subsequenti repetitum fuisse pro კახა, a quo, in scriptura hieratica, vix tenuissimo lineamento discernitur. In hoc igitur haud ambigue probandus est Čavachišvili, qui postquam inspexit hymnarium Michaelis Modrekili, pristina sententia incunctanter mutata, S. Constantinum Hiberum pronuntiavit esse ipsum Cachaï, a Bugha interfectum, et in Passionis archetypo eum hoc etiam cognomine appellatum fuisse (1). Nec mirum.

Utinam potius viro docto aliquantula dubitatio superjisset, ut codicum auctoritatem expeteret! Coniectura qua textum emendavit: რომელსა უცდა კახა მამულსა მისსა ქუეყანსა, qui vocabatur Cachaï in terra sua paterna, probabilis est, non tamen undique certa. Legi etiam possit: მამულსა მისსა ქუეყანსათჳს, (qui Cachus dicebatur) propter patriam suam terram. Scilicet nomen Cachaï quacumque ratione coniunctum esse potest cum კახი, Cachus, seu « incola regionis Cachethiae » (2). Et re quidem vera, in lemmate alterius et duobus codicibus Petropolitans quos contulit Brosset, S. Constantinus appellatur: princeps Cachethiae (3).

21. Quae cum ita sint, prope certum videtur Cachaï illum qui in inscriptione Atenensi memoratur eundem esse virum cuius nobilem exitum rettulit Thomas Ardsrunius, quem carmine laudavit Michael Modrekili, et cui hagiographus aliquis ignotus historiam excogitavit. Restat ut haec testimonia inter se componamus. Cachaï die 26 augusti anni 853 in manus hostium incidit, qui, post Tiphlisii excidium, ad Abasgiam contendebant. Ab iis ad Bugham abductus fuit, quem Zirak, adulto iam autumno, in Albania videtur assecutus esse. Sancti supplicium ibidem contigit, die novembris aut decimo aut vicesimo secundo. Uterque enim traditus est, potiori tamen testimonio iste quam ille. A neutro eorum longe distat dies in quem indicta primum fuit in Armenia commemoratio martyrum qui in hoc bello mortem oppetiverunt. Iis enim omnibus communem solemnitatem instituit patriarcha Iohannes VI, in die 25 mensis mehecan celebrandam (4), qui

anno 853, in calendario erratico incidit in diem D 17 novembris (5). Cum autem maxima pars illorum martyrum in Albania videatur occidisse, eo temporis intervallo de quo nunc sermo est, satis probabiliter conici potest die circiter 17 novembris contigisse magnam illam captivorum obsidumque stragem, qua Bugha in hiberna discessurus operi suo fastigium imposuit. Inde tamen nihilo expediri delectus inter diem 10 et 22. Nec tanti faciendum est quod Constantini dies emortualis in Passione satis congruentibus temporum notis designatus est. Qui enim e documento quopiam, ut puta ex inscriptione Atenensi, didicerat anno 853, dies augusti 5 et 26 sabbata fuisse, is projecto nullo negotio inde colligere potuit eodem anno diem 10 novembris in hebdomadae feriam VI incidisse.

22. Itaque S. Constantinus ad chaliphum Mutavakkil numquam missus fuit. Neque ac litteram premenda sunt verba Michaelis Modrekili, qui S. Constantinum interfectum ait in terra infidelium. Projecto captivum qui e Tiphlisii regione in Albaniam ad necem ab Arabibus abreptus fuerat, non nimis insolenti cum licentia poeta dicere potuit in terra hostium occubuisse. Quod Michael obiter et forsitan numeri gratia iniecerat, hagiographus explicatius enarrare voluit. Ceterum fabulam iniucundissime sapient, quae de sancti martyris confessione coram tyranno exposuit. Quis enim rem sic actam credit? Utiq; passim referunt Iohannes Catholicus (6), Thomas Ardsrunius (7) alique auctores armenii non paucos principes e sua gente a Bugha partim ex Albania in Babyloniam praemisissos, partim secum Samararam abductos. Sed praeterquam quod in eorum numero non comparet sive Constantinus sive Cachaï — quem scilicet paulo ante idem Thomas interfectum narravit — nullus horum captivorum poenam capitalem pertulit praeter Stephanum «Connum» Sevordiorum principem (8): id enim expressis verbis testatur Iohannes Catholicus (9). Neque una religionis causa hos exsules e patria abductos fuisse, vel ex eo constat quod e custodia dimissi non fuerunt qui ad mohammedanam religionem transierant (10). Nonnulli ex captivis, in quorum numero fuit Symbatius Abu'l-Abbās, in carcere obierunt (11). Reliqui omnes anno 859 (12) postliminio revocati sunt. Nihil igitur superest in quo Passio seorsum a ceteris testibus fidem mereatur. Tandem ne quid omittamus quod ad fontium auctoritatem aestimandam conferre possit,

neque Samarram abductus fuit.

E

Passionis levissima fides,

F

CHİŠVILI, l. c., p. 296, memoratur in codice saeculi X (Iaurae Hiberorum 11), Iohannes Cachaï monachus in coenobio Cosmae et Damiani, in Olympo Bithyniae monte. TSAGARELI WARDROP, t. c., p. 598. — (1) *Hibericae historiae monumenta*, t. c., p. 54. Eadem opinio quondam et nobis in mentem irrupit, cum S. Constantini «Cachi» (Кახетинскаго) nomen primo legimus apud COHN. KEKELIDZE, *Литургическіе грузинскіе памятники въ отечественныхъ книгохранилищахъ* [= *Monumenta liturgica hiberica e bibliothecis patriis*, Tiphlisii, 1908], p. 381. Quod nunc sero notare liceat, ut ostendatur probabilem sane coniecturam esse quae omnibus ultro se offerat. — (2) De nomine Sachorum, N. MARR, *Записки восточнаго отдѣленія И. Р. Археологическаго Общества*, t. XVI (1905), p. 167. — (3) *Recueil des Actes de l'Académie des sciences de Saint-Petersbourg*, 1838, p. 143. — (4) IOHANNES CATHOLICUS, ed. EMIN, p. 70; apud

SAINT-MARTIN, c. XIII, p. 112. — (5) DULAURIER, *Chronologie*, p. 250. In calendario stabili 25 mehecan factus est 3 martii. — (6) EMIN, t. c., p. 73; apud SAINT-MARTIN, c. XIV, p. 117. — (7) L. III, c. 11; BROSSET, p. 153. — (8) Vide supra, p. 549, annot. 1 — (9) EMIN, p. 70; apud SAINT-MARTIN, c. XIII, p. 112. — (10) Ipse Pancratius Pancratides, Taronensis princeps et archon archontum, cuius defectio a sacris patriis seu vera seu simulata insigniter turpis fuerat, Samarrae tamen detentus est. De lapsu eius vide prooemium ad e narrationem Nanae Syri in Iohannem, ed. CH. CRAQUEAN, *Հանայի Վարդից վարդապետի մեկնութիւն Յովհաննոս աւետարանին* (Venetiis, 1920), p. 6-7; cf. N. MARR, *Византизмъ Хорозидъ*, t. XII (1906), p. 12-13. — (11) IOHANNES CATHOLICUS, ed. EMIN, p. 73; apud SAINT-MARTIN, c. XIV, p. 116-17; *Synaxarium armenium ad diem 3 martii*. — (12) DULAURIER, *Chronologie*, p. 262-65.

notandum

A *notandum est de morte Cachai nondum inaudisse qui Ateni titulum posuerunt.*

Vachušti
nulla.

23. Praeter testimonia modo recitata, nulla S. Constantini mentio aut in historiis, aut in litteris hagiographicis reperta est. In codice tamen Annalium Hiberiae quem recognovit Vachušti, haec notula eius, ut videtur, ipsius manu in margine ascripta fuit (1); quam Bakradze (2) et Zordania memoratu dignam iudicavit: ქეს აქეთ : ყნე : ამა ბუღამ შეიპყრა კახტანტინე ქართველი და წარავლინა ჯაფარ ამირ-მეღობსა, და ამან აწამა იგი ქესა : ყნე : ვითარცა გვაქვს მტკარაბი მობო (3): Hoc anno Christi DCCCLV, iste Bugha comprehendit Constantinum Hiberum et ad Gafar moslemorum amiram transmisit, qui martyrem eum fecit anno DCCCLV, sicut nos docet eius Vita (μετάφρασις). Apertius significari non poterat hanc mentionem e Passione Constantini excerptam esse, neque haberi posse ut testimonium quantulaecumque auctoritatis.

B § III. De cultu S. Constantini.

S. Constantini
cultus

24. Si quid ex historia certa et comprobata legitime concludi potest, S. Constantinus statim ab obitu suo coli non coeptus est in ditione regulorum Adranutii, quae tunc erat patrium regnum Hibericae gentis. Nisi forte res haec miranda contigit ut, regnante Pancratio curopalata, ab eius populo, tanquam fidei christianae martyri haberetur homo in bello occisus a duce, cuius in hoc ipso bello idem Pancratius signa seculi erat (4). Projecto S. Constantini cultus prima initia habuit in ea parte

in regnum
Hiberiae

Hiberiae septentrionalis, quae Isaac amirae tyrannidi olim paruerat. Sed non ita facile discerni potest ubi constitutus sit et quando. Nulla auctoritate nititur quod ait Sabinin (5) et ex eo recinit Carbelashvili (6), sollemnem S. Constantini commemorationem indictam esse a Iohanne, catholico Meschithensi, huius nominis secundo, qui videtur sedisse annis circiter 870-882 (7).

unde
illatus

Itaque, cum aliunde omnia indicia desint, praedicata quadam cum probabilitate conici potest ibi sanctum martyrem coli coepisse, ubi eius memoria tanquam in propria sede servabatur. Hic autem locus non procul quaerendus est ab ecclesia in cuius pariete captivitas eius inscripta est posteris legenda. Iamvero basilicam Ateni constat aedificatam fuisse ab armenio architecta, qui titulum in ea posuit armenis litteris (8). Tenuis quidem haec ratio foret concludendi armenio quoque ritu illam dedicatam fuisse. Inde tamen colligitur in castro Ateni Armeniorum fidem Hiberis non admodum invisam fuisse. Ad haec, prae oculis habendum est in illa tempestate Hiberos septentrionales et Armenios aerumnarum fuisse socie-

tate coniunctos et ipsum nostrum Constantinum inter armenios heroes a Thoma Ardrzunio referri, qui tamen eum haud dissimulanter Hiberum appellat (9). Itaque videtur eius gloria ambiguo quodam iure ab utraque ecclesia hiberica et armenia vindicari potuisse. Neque obstat quod in fastis sanctorum armenis nomen eius non legitur. Hoc etiam honore caruerunt plerique e viris illustribus qui a scriptoribus illius aetatis martyrum nomine salutantur sed in libris liturgicis vel praetermissi vel cum turba caelitum innominata confuse recensiti fuerunt.

AUCTORE
P. P.

25. Deinde vero postquam in unum regnum coaeruerunt disiunctae partes terrae hibericae, una cum cuiusque regionis solo et gente ascitae sunt etiam eius antiquitates et memoriae. Superiorum temporum historia tum sacra tum profana ad novam rerum condicionem sensim accommodata est. Hostes et amicos suos posteri maioribus dederunt. Id magnam partem iam perfectum fuerit necesse est, cum exeunte saeculo X Michael Modrekili, in Calarzena, hymnum condebat in honorem S. Constantini Cachai. Perturbatissimae illius neque hactenus satis exploratae historiae solus exitus ad nos pertinet: captivus, in Armeniorum caetera, a Bugha olim occisus haberi coeptus est ut martyr patrius et proprium decus regni, ubi, dum vivit, in hostium numero computatus fuerat. Sed ipsa cautio inusitata, qua ab Hiberis Hiberus quasi gentilicio cognomine passim appellari solitus est, satis prodit peregrinitatis suspicionem aliquam ab eo primum depellendam fuisse.

et
quomodo.

Eius
monumenta
rarissima.

26. Pristina monumenta liturgica ecclesiae hibericae S. Constantinum nulla memorant. Nomen eius non annuntiari in typico Palaestinesi, omnium antiquissimo, quod edidit v. d. Cornelius Kekelidze (10), nemo mirabitur, siquidem saeculo IX descriptum istud fuit (11). Verum silet etiam eiusdem operis recensio multo plenior, quae saeculo XII videtur concinnata fuisse (12). Neque comperitur S. Constantinus in calendario proprio sanctorum hibericorum, quod in eodem opere insertum est (13). In synaxarium S. Georgii Hagioritae non nisi posterius illatus est, sicut et reliqui martyres et sancti indigenae (14). Attamen festum eius saeculo X exeunte iam celebratum fuisse novimus ex Michaele Modrekili (15). Huic dies primum indictus fuit 22 novembris; deinde ad decimum mensis eiusdem translatus fuit, quamquam eo die ab Hiberis iam commemorari solebat suspensio S. Georgii in rota tormentaria (16). Haec temporis nota est quae in Passione indicatur (17). Verum enimvero si nulla potiore auctoritate dies commendatus est, eum temere ac fortuito electum dicamus.

F

Festum.

(1) ვახუშტი საქართველოს ისტორია [= *Vachušti Historia Hiberiae*], ed. D. Z. BAKRADZE (Tiphlisii, 1885), p. 123, annot. 1. — (2) *Historia Hiberiae*, t. c., p. 219. — (3) *Chronica*, p. 82. — (4) Vide supra, num. 5, p. 544. — (5) *Paradisus Hiberiae*, p. 368, annot. 3. — (6) ივრანჯია საქართველოს ეკლესიებისათვის: კათოლიკეების და მღვდელთა - მთავრების [= *Hierarchia ecclesiae Hibericae: catholici atque archiepiscopi*], t. I (Tiphlisii, 1900), p. 55-56. — (7) ZORDANIA, *Chronica*, t. c., p. 74. — (8) GAVACHISHVILI, *Christianskij Vostok*, t. c., p. 295; cf. N. MARR, *Zapiski vostokn. otd.*, t. XIX (1909), p. 56. — (9) Attamen Stephanus Taronensis, qui

Muqätel Vanandium memorat (vide supra, 16, p. 549, annot. 1), Salomonem Sevordium et Cachai silentio praetermittit. Num ideo quod istum Hiberum agnoverat? — (10) *Иерусалимский канонарь VII вѣка*, Tiphlisii, 1912. — (11) *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 138. — (12) H. GOUSSEN, *Ueber georgische Drucke und Handschriften, die Festordnung und den Heiligenkalendar des altchristlichen Jerusalems betreffend* (München-Gladbach, 1923). Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 137-40. — (13) GOUSSEN, l. c., p. 40. — (14) KEKELIDZE, *Monumenta liturgica*, p. 228-72. — (15) *Supra*, num. 14, 21, pp. 547, 552. — (16) Vide supra, p. 313. — (17) § 11.

AUCTORE P. P. Nullae eius neque reliquiae

27. A Iusto monacho, quem nobis ignotissimum ultro fatemur, in historia quadam Hiberiae narratum invenit Sabinin corpus S. Constantini paulo post huius mortem Babylone in Hiberiam delatum fuisse (1). Sed nisi hoc se legisse somnivit, nugatus est ipse auctor cui credidit. Is tamen, quod omissum dolet Sabinin, non indicavit ubinam sacrae exuviae depositae iacerent. Quid si hoc etiam addidisset? Ceterum haec fabula non videtur avidis auribus excepta fuisse. Meschithae, in sacratissima ecclesia Columnae Vitalis, totius Hiberiae quondam metropoli, inter reliquias plurimas et maxime varias quae ibi assevari credun-

tur, nullum exstat mnemosynon S. Constantini (2). D Num alibi aliqua ecclesia hoc thesauro ditatam se iacet, nostrum non est explorare. Hodie nulli certo loco videtur insedissee cultus Hiberici huius martyris. Neque in monasteriis et paroeciis, quorum patronos saeculo XVIII recensuit Vachusť in Geographia (3), templum aut sacellum S. Constantino dedicatum a nobis usquam reperiri potuit. Hic stetimus, ubi nos omnia defecerunt. Nostrum laborem illi compleant et corrigant, qui a fontibus propius absunt, neque operose, sine ducibus, ex emendicatis indicis, in terra incognita sibi viam invenire coguntur.

neque ecclesiae.

(1) Paradisus Hiberiae, p. 368, annot. 3. Idem, nullo allato auctore, G. IOSELIANI, ქართველი წმობანი [= Sancti Hiberici, Tiphlisii, 1901], p. 53. — (2) A. NATROEV, Мичеть и его соборъ Свѣтн-Цховели (Tiphlisii, 1901), p. 254-57. — (3) Ed.

M. BROSSET, Description géographique de la Géorgie par le tsarévitch Wakhoucht, St.-Petersbourg, 1842; ed. M. G. GANASVILI, Tiphlisii, 1904; rossica lingua, interprete eodem: Паревиць Вахушти. Географія Грузин, ibid., 1904.

B

E

PASSIO S. CONSTANTINI HIBERI

Ad fidem editionis Michaelis Sabinin. Cf. Comm. praev. num. 2.

თუტსა ნკემბერსა ო დღესა. ცხვრებდა¹ და წამება² წმიდისა მღწამისა კონსტანტინე ქართულ-ლისა³, რომელი იწამა ბაბილღვ-ნელთა მეფისა ჯაფარის მიერ.

Mensis novembris die x. Vita et Passio sancti Constantini martyris Hiberi, qui a Babyloniorum rege Giafar martyrium passus est.

1. საყურადღებო, განგზავნულ არს ყველ-თათუბ, ვითარმედ არავინ ჰყო აღწერა იგი წიგნთა, გარნა მადლითა სულისა წმიდისათა. რამეთუ დიდმან მან მცხე პირუტყლად იწყო აღწერად შესაქმისა ცისა და ქუცყანისა, რომელ არა ხადა ეხილვა, არამედ უწყებო-თა სულისა წმიდისათა აღწერა იგი, ვითარ-ცა თუალთა ხილული. და ამისა შემდგომ-ად აღწერნა სხუანიცა წიგნნი, რომელთა შინა აუწყა გამცხვლა იგი მეთა ისრაი-ლისათა შემდგომითი შემდგომად ვიდრე აღბრუნებამდე მისი. მერმე აღიწერნეს თქმულნი იგი წინასწარმეტყულებლანი, რომელსა ქადაგებდეს მღვდლისათუბ უფლისა ჩუქნისა იესო ქრისტესი. აღიწერნეს ოთხნი ესე ევანგელნი, რომელთაგან ესარების ნა-

1. Carissimi (1), omnibus perspicuum est (sacros) Prooemium. libros nullo modo describi potuisse, nisi gratia Spiritus Sancti. Etenim magnus ille Moyses primum scribere coepit creationem caeli et terrae, quam minime viderat, sed docente Spiritu Sancto illam conscripsit, quasi (eius) oculis exposita fuisset. Postea vero ceteros quoque libros conscripsit, in quibus filiorum Israel exodum narravit, et quae porro consecuta sunt, usque ad obitum eius. Deinde conscriptae sunt orationes prophetarum, in quibus praedicabatur adventus domini nostri Iesu Christi. Conscripita quattuor evangelia, quibus ad futura genera faustus nuntius perlatu est adventus Domini, rerumque ab eo gestarum in ea carne quam propter (suam) in nos misericordiam assumpserat

Lemma. — ¹ ცხვრებდა corr. GAVACHISVILI. — ² წამება corr. id. — ³ ქართველისა corr. id.

(1) De hac praefatione, vide Comm. praev. num. 12, supra, p. 546. Ex prooemio Georgii Alexandrini haec pauca specimina ferri satis erit: Πάντες οι παλαιοι ιστοριογραφοι τα μεν εκ προγενεστερων αυτων συγγραφεων εκδεδωκασι, τα δε απο ακοης, τα δε και αυτῶν των πραγματων γεγονότες. Μωυσης γαρ ο μεγας εν προφηταις, την εξ αρχης κόσμου γενεσιν παρα του Θεου δημοσιορηθεισαν εξηγήσατο, μυσταγογηθεισ παρ' αυτου, μηδεν εξ αυτων εωρακως τοις αισθητοις οφθαλμοις, ήνικα πεπλαστορηγηται. Ετα μετα ταυτην την συγγραφην, και ετερον βιβλον συνεγράφατο, την του ιδιου ἔθνους εξ Αιγυπτου εξοδον... Ετα καθεξης τα υπόλοιπα τρια βιβλια του Ἰουδαϊκου νόμου μέχρι

της αυτου τελευτης· μετ' εκεινον δε παλιν τα κατά γενεαν συμβάντα, ολον τα ἐπι του Ἰησοῦ του Ναυη... Πάλιν δε μετ' εκεινην την παλαιαν γραφην, ἐπιήθησεν ή του Κυριου ήμων και Θεου και σωτηρος Ἰησοῦ Χριστου ἐνδοξος παρουσία... φωτισουσα τας διανοιας των πιστευόντων εις αυτην δια της εκδόσεως των θειων εδαγγελιστων και αποστολων αυτου. Προ-ελαμψαν δε και ἄγιον μαρτυρων της ἀληθείας και ἀσκητων και θεοφορων ἀνδρων πλήθη ἄπειρα, ὡν τινων τὰς ἀρετάς και βίους και ἄθλων συνεγράψαντο οί κατ' εκεινον καιρον εδρεθέντες φιλοπονέστεροι των ἄλλων ἀνδρων, προς δόξαν μεν Θεου, ὑπόμνησιν δε και ζήλον της εκεινον πολιτείας.

თუბავთა

A თუბათა მძევალთა მღვდელთა იგი უფლისა და განკურნებულნი მისი სიძლიერით, რომელ მიხედნა ქალწულისა მარიათგან წყალობისათჳს ჩუწინსა. და ამისა შემდგომად საქმენი მოციქულთანი, ვითარ იგი მოვლიდეს ყველა სიფიქსსა და ახარებდეს სიტყუასა მას ცხოვრებისასა, და მრავალთა ჰრწმენა მათი და ნათელს იღებდეს სასულითა მამისათა და ძისათა და სულისა წმიდისათა. ხოლო მარადის მტერი იგი და მომურნე არა ვინა დასცნა წინააღმდეგად ჳეშმარიტებისათჳს და აღადრძინა შევენი მის ეამისანი, და იგინი აიძულებდეს მორწმუნეთა მათ მსახურებად კურნათა თჳსთა. ხოლო რომელნი არა ერწმენ, მათგანნი მოსწყუტდეს მათ პირითა მსხვილისათა და გეცხლითა დასწვიდეს. მაშინ აღვიმედგეს კაცნი მორწმუნეთაგანნი, იწყეს აღწერად B ცხოვრება წმიდათა მოწამეთა, და ვითარ ხანით არნ აღსასრული დუაწლისა მათისა, სადიდებელად წმიდათა მოწამეთა და აღსაბაძულად, რომელთა იგი მური საღმერთთ აქუნდეს.

2. ამისვე მიხედვითაჲს მეგა¹ არა დირსმან ვინემე მიწაძეწმად პირუცლითა მათ, და² აღვსწერე ცხოვრება და წამება წმიდისა და ნეტარისა მოწამისა³ კონსტანტინესი, რომელი იყო⁴ დედითა ჩუწინსა, შეეფიქსა დუთის მსახურისა თეოდორა დედოფლისა, რომელი იგი შეეფიქსა სამეფოსა ბერძენთასა, ვიდრე იგი⁵ ყრმად იყო ქე მისი მისაიდ. ამან ნეტარმან განწმიდა საბერძენეთი ყოველი საცთურისა⁶ მისგან, რომელი იყო დედითა ქმრისა მისისათა სატისა ურწმუნეობისა⁶, და განამტკიცა დუაწლი ბერძენთა და მრავალნი ჳალაკნი ადამენა, რომელნი მოღვრებულ იყუნეს აგარიანთა მიერ.

C 3. მას ეამსა დღენ იყო ვინემე ქუცყანასა ქართლისასა, ხანაჲებნა ჳენა სიფიქსისასა, კაცი რომელსა სასული ერქუა კონსტანტინე, რომელსა ვწოდებ კახაი მამულსა მისსა ქუცყანასა¹: კაცი ესე იყო წარჩინებულ ფრიად დიდად ყოველსა ქუცყანასა ქართლისასა, ფრიადი სიძლიერე აქუნდა და მრავალი საშუქნელი ამის სიფიქსისა: და განთქმულ იყო სასული მისი ქუცყანათა მორეულთა, ვიდრემდის შეეფიქსა მსმენელ იყო მისთჳს. და ესე ნეტარი შექმდებოდა იყო ღრ კერძოთაჲე მით საქმითა

2. —¹ მე cod. *Šio. Mgvin. apud D. BAKRADZE, l. c.* — ² (ვინემე-და) *om. BAKRADZE.* — ³ *om. BAKRADZE.* — ⁴ წარჩინებულ ფრიად ხანაჲებნა ჳენა - სიფიქსისასა, ქუცყანასა ქართლისასა *add. BAKRADZE.* — ⁵ საცთურისა *BAKRADZE.* — ⁶ *Hic*

